uerberande deſtinaſti: priuſ a me conciſuſ: atq; laceratuſ: interibit
ipſe: q̄ tuam plumeam lacteamq; contingat cutem. Sed mihi cum
fide memora. quod tuum factum ſceuitaſ conſecuta: in meū con/
uertit exitium? Adiuro enim tuum mihi cariſſimum caput: nulli
me prorſuſ: ac ne tibi quidem ip̄i adſeueranti poſſe credere: quod
tu quicq̄m in meam cogitaueriſ perniciem. Porro meditatuſ in/
noxioſ caſuſ incertuſ: uel etiā aduerſuſ: culpe nō poteſt adducere.
Cum iſto fine ſermoniſ: oculoſ Fotidiſ mee udoſ ac tremuloſ et
prona libidine marcidoſ: iam iamq; ſemiadopertuloſ admiſſiſ: &
ſorbillantibuſ ſauiiſ: ſitienter hauriebam. Sic illa leticia recreata:
¶ Patere inquit oro: priuſ foreſ cubiculi diligenter obcludam:
ne ſermoniſ elapſi: profana petulantia: cōmittā grande flagitiū.
Et cum dicto: peſſuliſ iniectiſ: & uncino firmiter immiſſo: ſic ad
me reuerſa: colloq; meo manibuſ ambabuſ implexa: uoce tenui:
& admodum minuta: ❦ Paueo inquit: & formido ſolide domuſ
huiuſ op̄ta detegere: & arcana domine mee reuelare ſecreta. Sed
meliuſ de te doctrinaq; tua preſumo: q preter generoſam nataliū
dignitatem: preter ſublime ingenium ſacriſ pluribuſ initiatuſ pro/
fecto noſti ſanctam ſilentii fidem. quecunq; igitur commiſero:
huiuſ religioſi pectoriſ tui penetralibuſ: ſemp̄ hec intra cōſeptum

clauſa cuſtodia ſoro. et ſimplicitatem relationiſ mee tenacitate:
taciturnitatiſ tue remunerare. Nã me: que ſola mortaliũ noui:
uiſ amoriſ: quo tibi teneor: indicare compellit. Iam ſcieſ omnem
domuſ noſtre ſtatum. Iã ſcieſ domine mee miranda ſecreta: q̄buſ
obaudiunt maneſ. turbantur ſydera. coguntur numina. ſeruiunt
elementa. nec unq̃ magiſ artiſ huiuſ uiolentia nititur: quam cum
ſcitule formule iuuenem quempiam libenter aſpexit. quod q̄dem
ei ſolet crebriter euenire. ¶ Nunc etiam adoleſcentem quendam
Boetium ſumme decorum: efflictim deperit. totaſq; artiſ manuſ:
machinaſ omniſ ardenter exercet. audiui ueſperi meiſ hiſ inquam
auribuſ: audiui: q̄ ni celeriuſ ſol celo ruiſſet: noctiq; ad exercen/
daſ illecebraſ magie maturiuſ ceſſiſſet: ipſi ſoli nubilam caliginem
& perpetuaſ tenebraſ comminantem. hunc iuuenem: cũ e balneiſ
rediret: ipſa tõſtrine reſidentem: heſterna die forte conſpexit. Ac
me capilloſ eiuſ: q̄ iam cede cultrorũ deſecti humi iacebant: clã/
culo p̄cipitauit ferre. quoſ me ſedulo ac furtim colligentẽ tonſor
inuenit. & q̄ alioquin publicituſ malefice diſcipline per infameſ
ſumuſ: adreptam inclementer increpat. Tu ne ultima non ceſſaſ
ſubinde lectoꝝ iuuenũ capillamẽta ſurripere. q̄d ſceluſ niſi tãdẽ
deſineſ: magiſtratibuſ te cõtanter obiiciã. & uerbũ facto ſecutuſ:
immiſſa manu ſcrutatuſ: e mediſ papilliſ meiſ: iam capilloſ abſcõ/
ditoſ iratuſ arripuit. Quo geſto grauiter affecta: mecũq; reputãſ
domine mee moreſ: q̄ huiuſmodi repulſatiſ acriter commoueri:
meq; uerberare ſeuiſſime cõſueuit: iam de fuga conſilium tenebã.
ſed iſtud quidem tui contemplatiõe abieci ſtatim. uerum cũ triſtiſ
inde diſcederẽ: ne ꝓrſuſ uacuiſ manibuſ redirẽ: conſpicio quendã
forficuliſ tondentem caprinoſ utreſ: quoſ cum probe conſtrictoſ:
inflatoſq; & iam pendentiſ cernerem: capilloſ eorũ humi iacẽteſ:
flauoſ: ac per hoc illi Boetio iuueni conſimileſ: pluſculoſ aufero.
eoſq; domine mee: diſſimulata ueritate: trado. Sic noctiſ initio:
priuſ q̃ cena te reciperes: Pamphile mea: iam uecorſ animi: tectũ
ſcandulare conſcendit. quod altrinſecuſ edium patore perflabili
nudatum ad omniſ orientaleſ: ceteroſq; aſpectuſ peruiũ: maxime
hiſ artibuſ ſuiſ cõmodatum ſecreto colit. priuſq; apparatu ſolito
inſtruxit feralem officinã. omne genuſ aromatiſ: & ignorabiliter
iam miniſ litteratiſ. & infelicium nauium durantibuſ damniſ de/
fletorum: ſepultorum etiam cadauerum expoſitiſ multiſ admodũ
membriſ: hic nareſ: & digiti. illic carnoſi claui pendentium. Alibi

trucidatorum ſeruatuſ cruor: & extorta dentibuſ ferarum trunca caluaria. Tunc decantatiſ ſpirantibuſ fibriſ: litat uario latice: nunc rore fontano: nũc lacte uaccino. nũc melle mõtano. libat & mulſa. ſic illoſ capilloſ in mutuoſ nexuſ obditoſ: atq; nodatoſ: cum multiſ odoribuſ dat uiuiſ carbonibuſ adolendoſ. Tunc pro/tinuſ inexpugnabili magice diſcipline poteſtate: & ceca numinũ coactorum uiolentia: illa corpora quorum fumabant ſtridenteſ capilli: ſpiritum mutuantur humanum: & ſentiunt: & audiunt: & ambulant. Et qua nidor ſuarum ducebat exuuiarum ueniunt. & pro illo iuuene Boetio aditum geſtienteſ: foreſ inſiliunt. Cũ ecce crapula madenſ: & improuide noctiſ deceptuſ caligine: audacter mucrõe diſtricto in inſani modũ aiacíſ armatuſ: non ut ille uiuiſ pecoribuſ infeſtuſ: tota laniauit armenta. ſed longe fortiuſ: q treſ inflatoſ caprinoſ utreſ exanimaſti. ut ego te proſtratiſ hoſtibuſ: ſine macula ſanguiniſ: non homicidam nunc: ſed utricidam am/plecterer. ¶ At ego ſic lepido ſermone Fotidiſ inuicẽ cauillatuſ: ergo igitur iam & ipſe poſſum inqm mihi primam iſtam uirtutiſ adoriam: ad exemplum duodeni laboriſ herculei numerare: uel trigemino corpori Gerioniſ: uel triplici forme Cerberi: totidem peremptoſ utreſ coequãdo. ſed ut ex animo tibi uolenſ omne de/lictum: quo me tantiſ angoribuſ implicaſti remittam: preſta qđ ſummiſ uociſ expoſtulo. & dominam tuam: cum aliquid huiuſ diuine diſcipline molitur oſtende: cum deoſ inuocat: certe cũ re/formatu uideam. ſum nanq; coram magie noſcende ardentiſſimuſ cupitor. quanq̃m mihi nec ipſa tu uideare talium rerum rudiſ: uel experſ. Scio iſtud: & plane ſentio. cum ſemper alioquin ſpretorẽ matronalium amplexuum. ſic tuiſ iſtiſ micantibuſ oculiſ. & rubẽ/tibuſ bucculiſ. & renidentibuſ crinibuſ. & hiantibuſ oſculiſ. & fla/grantibuſ papilliſ: in ſeruilem modum addictum: atq; mancipatũ teneaſ uolẽtem. Iam deniq; nec larem requiro. nec domuitionem paro. & nocte iſta nihil ãtepono. Quam uellem inquit reſpõdit illa preſtare tibi o Luci: quod cupiſ: ſed propter inuidoſ moreſ: in ſolitudinem ſemper abſtruſa: & omnium preſentia uiduata: ſolet huiuſmodi ſecreta perficere. Sed tuum poſtulatum prepõam pe/riculo meo. idq; obſeruatiſ opportuniſ temporibuſ ſedulo pficiã: modo ut immo prefata ſum: rei tante fidem: ſilentiumq; tribue. Sic nobiſ garrientibuſ: libido mutua: & animoſ ſimul: & membra ſuſcitat. oĩbuſ abiectiſ amiculiſ. Hactenuſ deniq; ĩtecti bachamur

in uenerem. Cũ qdem mihi iam fatigato de propria liberalitate
Fotiſ puerile obtulit corollarium. Iamq; luminibuſ meiſ uigilia
marcidiſ infuſuſ ſopor: & iam in alium diem noſ attinuit. Ad hũc
modum tranſactiſ uoluptarie paucis noctibuſ: quadam die pcita
Fotiſ: ac ſatiſ trepida me occurrit. Indicatq; dominã ſuã: ꝙ nihil
etiam tunc in ſuoſ amoreſ ceteriſ artibuſ promoueret: nocte pxi/
ma in auem ſeſe plumaturam: atq; ad ſuũ cupitum ſe deuolaturã.
proin memet: ad tante rei ſpeculã caute prepararem. Iamq; circa
primam noctiſ uigiliam: ad illud ſuperiuſ cubiculum: ſuſpenſo: et
inſono ueſtigio me perducit. Ipſaq; per rimam hoſtiorum quã/
piam iubet arbitrari: que ſic geſta ſunt. Iam primum omnibuſ
laciniiſ ſe deueſtit Pamphile. & arcula quadam recluſa pyxideſ
pluſculaſ inde depromit. de quiſ uniuſ opculo remoto: atq; indidẽ
egeſta unguedine: diuq; palmuliſ ſuiſ adfricta: ab imiſ unguibuſ
ſeſe totam: aduſq; ſummoſ capilloſ perlinit. multumq; cũ lucerna
ſecreto collocuta: membra tremulo ſuccuſſu quatit. qſ leniter fluc/
tuantibuſ promicant molleſ plumule. creſcunt & forteſ pinnule.
duratur naſuſ incuruuſ. coguntur ungueſ adunci. fit bubo Pam/
phile. ſic edito ſtridore querulo: iam ſui periclitabunda. paulatim
terra reſultat. mox ĩ altum ſublimata. forinſecuſ totiſ aliſ euolat.
Et illa quidem magniſ ſuiſ artibuſ uolenſ reformatur. ¶ At ego
nullo decantatuſ carmine: preſentiſ tantũ facti ſtupore defixuſ:
quiduiſ aliud magiſ uidebar eſſe: q̃m Luciuſ. Sic exterminatuſ
animi: attonituſ in amẽtiam: uigilanſ ſomniabam. defrictiſ adeo
diu pupuliſ: an uigilarem: ſcire querebam. tandem deniq; reuerſuſ
ad ſenſum preſentium: arrepta manu Fotidiſ. & admota meiſ lu/
minibuſ. Patere oro te inq̃m dum dictat occaſio. magno & ſin/
gulariſ me affectioniſ tue fructu perfrui. et impartire nobiſ
unctulum indidem. per iſtaſ tuaſ papillaſ. mea mellitula. tuumq;
mancipium inremunerabile beneficio. ſic tibi perpetuo pignera.
ac iam perfice. ut mee Veneriſ cupido pigneratuſ aſſiſtam tibi.

Ain inquit uulpinariſ amaſio: meq; ſpõte aſiam cruribuſ meiſ
illidere compelliſ? Siginer meum ipſa lupuliſ conſeruo theſſaliſ.
hunc alitem factum ubi queram? Videbo quando. ¶ Aut mihi
ſceluſ iſtud depellãt celiteſ inq̃: ut ego q̃uiſ ipſiuſ aquile ſublimiſ
uolatibuſ toto celo peruiuſ: & ſupremi Iouiſ certuſ nuntiuſ uel
letuſ armiger: tamẽ nõ ad meum nidulum poſt illam pugnarum
dignitatem ſubinde deuolem? Adiuro perdulcem iſtum capilli

perdulcem iſtum capilli tui nodulum: quo meum uinxiſti ſpiritũ: me nullam aliam mee Fotidi malle. Tunc etiam iſtud meiſ co/ gitationibuſ occurrit: cum ſemel auem talem perunctuſ induero: domuſ omniſ procul me uitare debere. Quam pulchro enim q̃q̃m feſtino matrone perfruent̃ amatore buboĩe? q̃d ꝙ iſtaſ noctur/ naſ aueſ: cum penetrauerint larem quempiam ſollicite prebenſaſ: foribuſ uidemuſ adfigi: ut quod infauſtiſ uolatibuſ: fãilie minant̃ exitium: ſuiſ luãt cruciatibuſ? Sed quod ſiſcitari pene preterii: quo dicto facto ue rurſum exutiſ pinnuliſ illiſ: ad meum redibo Luciũ: ¶ Bono animo eſ: quod ad huiuſ rei curam pertinet: ait: nam mihi domina ſingula mõſtrauit. que poſſunt rurſuſ in facieſ hominum: taleſ figuraſ reformare. Nec iſtud factum puteſ ulla beniuolentia ſed ut ei redeunti medelã ſalubrẽ poſſem ſubſiſtere. ſpecta deniq; q̃paruuſ. q̃q; futilibuſ tanta reſ procuret̃. Herculiſ Anethi modicum cum lauri foliiſ immiſſum: rore fontano datur lauacrũ: & poculum. Hec identidem adſeueranſ: ſumma cum tre/ pidatõne inrepit cubiculum: & pyxidem depromit arcula: quam ego amplexuſ: ac deoſculatuſ priuſ: utq; mihi proſperiſ faueret uolatibuſ deprecatuſ: abiectiſ propere laciniiſ totiſ: auide manuſ immerſi. & haurito pluſculo uncto: corporiſ mei mẽbriſ perfricui. iamq; alterniſ conatibuſ: libratiſ brachiiſ: in auẽ ſimilem geſtiebã. nec ulle plumule: nec uſq̃ pinnule. ſed plane pili mei craſſantur in ſetaſ. & cutiſ tenella duratur in corium. & in extimiſ palmuliſ perdito numero: toti digiti cogunt̃ ĩ ſingulaſ ungulaſ. & de ſpine mee termino grandiſ cauda procedit. iam facieſ enormiſ. & oſ ꝓ/ lyxum. & nareſ hianteſ. & labie pendule. ſic & aureſ in modiciſ horripilãt auctibuſ. Nec ullum miſere formatõiſ uideo ſolatiũ: niſi quod mihi iam nequeunti tenere Fotidem: natura creſcebat. ac dum ſalutiſ inopia cuncta corporiſ mei conſideranſ: non auem me: ſed aſinum uideo. Querenſ de facto Fotidiſ: ſed iam humano geſtu ſimul: & uoce priuatuſ: q̃d ſolũ poteram poſtrema deiecta labia: humidiſ cum oculiſ: obliquum reſpicienſ: ad illam taciturſ expoſtulabam. Que ubi me primũ talem aſpexit: percuſſit faciẽ ſuam manibuſ infeſtiſ: & occiſa ſũ miſera clamabat. Me trepidatio ſimul & feſtinatio fefellit. & pyxidum ſimilitudo decepit. ſed bene ꝙ facilior reformatõniſ huiuſ: medela ſuppeditat. Nam roſiſ tñ demorſicatiſ exibiſ aſinum. ſtatimq; in meum Luciũ: poſtliminio redibiſ. Atq; utinã de more ueſperi paraſſem nobiſ corollaſ aliq̃ſ.

nec moram talem patereriſ:uel noctiſ uniuſ.ſed primo diluculo:
remedium feſtinabitur tibi. Sic illa merebat. Ego uero quanq̃
perfectuſ aſinuſ: & pro Lucio iumentum:ſenſum tamen retinebā
humanum. Diu deniq; ac multum mecum ipſe deliberaui. Ac ne/
quiſſimam facinoroſiſſimamq; feminā illam:ſpiſſiſ calcibuſ feriēſ
& mordicuſ adpetenſ:necare deberem. Sed ab incepto temerario:
melior me ſentētia reuocauit.ne morte mulctata Fotide:ſalu/
tareſ mihi ſuppetiaſ rurſuſ extinguerē. Deiecto itaq; & quaſſanti
capite:ac demuſſata temporali contumelia: duriſſimo caſui meo
ſeruiēſ:ad equum illum uectorem meum probiſſimum in ſtabulū
concedo.ubi alium etiam Miloniſ quondam hoſpitiſ mei aſinum
ſtabulantem inueni. Atq; ego rebar ſi quod ineſſet mutiſ aīalibuſ
tacitum ac naturale ſacramentum:agnitione ac miſeratione qua/
dam inductum equum illum meū: hoſpitium ac loca lauta mihi
prebiturum. Sed proh Iupiter hoſpitaliſ:& fidei ſecreta numīa:
preclaruſ ille uector meuſ:cum aſino capita conferunt:in meāq;
perniciem ilico conſentiunt:& uerenteſ ſcilicet cibariſ ſuiſ:uix me
preſepio uidere proximantem:deiectiſ auribuſ tam furenteſ:in/
feſtiſ calcibuſ inſequuntur. & abigor q̃m procul ab ordeo: quod
appoſuerā ueſperi:meiſ māibuſ illigatiſſimo famulo. Sic affectuſ
atq; in ſolitudinem relegatuſ:angulo conceſſeram ſtabuli. Dumq;
de inſolentia collegarum meorum mecum cogito: atq; in alterū
diē auxilio roſario: Luciuſ denuo futuruſ: equi pfidia uindictā
meditor:reſpicio pile medie:que ſtabuli trabeſ ſuſtinebat:In ipſo
uere meditullio Heppone dee ſimulacbrum reſidenſ edicule:qđ
accurate corolliſ roſeiſ equidē recentibuſ fuerat ornatum.Dēiq;
agnito ſalutari preſidio:pronuſ ſpei:quantum extenſiſ prioribuſ
pedibuſ adniti poterā:inſurgo ualide.& ceruice prolyxa nimiūq;
porrectiſ labiiſ.quanto maxime niſu poteram corollaſ appetebā.
Quod me peſſima ſcilicet ſorte conantem:ſeruuluſ meuſ:cui ſemp
eq cura fuerat mandata:repente conſpicienſ:indignatuſ exurgit.
& quouſq; tandem inquit cautberium patiemur iſtum: pauloan̄
cibariſ iumentorum: nunc etiam ſimulacbriſ deorum infeſtum?
quin iam ego iſtum ſacrilegum: debilem: claudumq; reddam. et
ſtatim telum aliquod queritanſ emere:faſcem lignorum poſitum
offendit: rimatuſq; frondoſum fuſtem:cunctiſ uaſtiorem: non
priuſ miſerum me tundere deſiit: q̃m ſonitu uehementi: et largo
ſtrepitu percuſſiſ ianuiſ:trepido etiam rumore uicinie cōclamātiſ

latroneſ: profugit territuſ. Nec mora cum impatefactiſ edibuſ:
globuſ latronum inuadit oĩa: & ſingula domuſ membra cingit
armata factio. Et auxiliiſ hincinde conuolantibuſ: obſiſtit diſ/
curſuſ hoſtiliſ. cũcti gladiiſ ac facibuſ inſtructi: noctẽ illuminãt.
coruſcat ĩ modũ ortuſ ſoliſ igniſ & mucro. Tũc horreũ quoddã
ſatiſ ualidiſ clauſtriſ obſeptũ obſeratũq;: qđ mediiſ edibuſ cõſtitu/
tum: gaziſ Miloniſ fuerat refertũ: ſecuribuſ ualidiſ aggreſſi: diſ/
findũt. quo paſſim recluſo totaſ opeſ uehũt. Raptimq; cõſtrictiſ
ſarcinis ſinguli ꝑtiunt. Sed geſtaminũ moduſ numerũ gerulorꝫ
excedit. Tũc opulẽtie nimie: nimio ad extremaſ incitaſ deducti:
noſ duoſ aſinoſ: & equũ meum: productoſ e ſtabulo: q̃tũ poſſunt
grauioribuſ ſarciniſ onerant. & domo iã uacua: minãteſ baculiſ
exigunt. unoq; de ſociiſ ad ſpeculandum: qui de facinoriſ inq̃ſitõe
nuntiaret relicto: noſ crebro tũdenteſ: ꝑ auia montiũ ducũt cõ/
citoſ. Iãq; rerũ tantarꝫ pondere. et mõtiſ ardui uertice: & ꝓlyxo
ſatiſ itinere. nihil a mortuo differebã. ſed mihi ſero q̃dem: ſerio tñ
ſubuenit ad auxilium ciuile decurrere: & interpoſito uenerabiliſ
principiſ noĩe: tot erũniſ me liberare. Cũ dẽiq; iã luce clariſſima:
uicum quẽpiam frequentẽ. & nundiniſ celebrẽ preteriremuſ: inter
ipſaſ turbulaſ grecorꝫ: gemino ſermone: nomen auguſtũ cæſariſ
inuocare temptaui. et o q̃dem tm̃ diſertum ac ualidũ clamitaui.
reliquũ aũt ceſariſ nomen enuntiare nõ potui. aſpernati latrõeſ
clamorẽ abſonũ meũ: cedenteſ hincinde miſerũ coriũ: nec cribriſ
iam idoneũ relinquũt. Sed tandẽ mihi inopinatã ſalutẽ Iupiter
ille tribuit. Nã cũ multaſ uillulaſ: & caſaſ ãplaſ p̃terimuſ hortulũ
quendã ꝓſpexi ſatiſ amenũ. In quo p̃ter ceteraſ grataſ herbulaſ:
roſe uirgĩeſ matutĩo rore florebãt. hiſ inhiãſ: & ſpe ſalutiſ alacer
ac letuſ ꝓpiuſ acceſſi: dũq; iã labiiſ undantibuſ affecto: cõſilium
me ſubit lõge ſalubriuſ: ne ſi rurſũ aſino remoto ꝓdirẽ in Luciũ:
euidenſ exitiũ inter manuſ latronũ offenderem: uel artiſ magice
ſuſpitõe: uel iudicii futuri criminatiõe. Tũc igit̃ a roſiſ: & q̃dem
neceſſario tẽperaui. & caſum p̃ſentẽ tolerãſ ĩ aſini faciẽ fena ro/
debamuſ.

DIem ferme circa mediũ: cũ iam flagrantia ſoliſ
caleret: in pago quodam: apud notoſ ac famili/
areſ latronibuſ ſeneſ diuertimuſ. Sic enim p̃moſ
adituſ: & ſermo prolyxuſ. & oſcula mutua q̃uiſ
aſino ſentire p̃ſtabãt. Nã & rebuſ eoſ q̃buſdam

dorſo meo depromptiſ munerabantur. Et ſecretiſ gannitibuſ: ꝙ
eſſent latrocinio parte: uidebantur indicare. Iamq; noſ om̄i ſar/
cina leuatoſ: i̅ pratum proximum paſſim libero paſtui tradidere.
nec me cū aſino uel equo meo compaſcuuſ cetuſ attinere potuit:
adhuc inſolitum alioquin prandere fenum. Sed plane pone ſta/
bulum ꝑſpectum hortulum: iam fame perdituſ: fidenter inuado:
& q̄muiſ crudiſ oleribuſ: affatim tamen uentrem ſagino. Deoſq;
comprecatuſ omniſ: cuncta proſpectabam loca: ſicubi forte con/
terminiſ in hortuliſ: candenſ reperirē roſariū. nam & ip̄a ſolitudo
iam mihi bonam fiduciā tribuebat. ſi deuiuſ & protectuſ abſcō/
dituſ: ſumpto remedio de iumenti q̄drupediſ incuruo gradu rurſū
erectuſ in hominem: inſpectante nullo reſurgerem. Ergo igitur
cum in iſto cogitationiſ ſalo fluctuarem: aliq̄nto longiuſ uideo
frondoſi nemoriſ conuallē umbroſam. cuiuſ inter uariaſ herbulaſ
& letiſſima uirecta: fulgentium roſarum mineuſ color renidebat.
Iamq; apud mea non uſq;quaq; ferina precordia ueneriſ & grati/
rum lucū illū arbitrabar. cuiuſ inter opaca ſecreta floriſ genialiſ
regiuſ nitor relucebat. Tūc inuocato hylaro atq; ꝓſpero euētu:
curſu me concito proprio: ut hercule ip̄e ſentirem. non aſinū me:
uerumetiam equū currulem nimia uelocitate refectū. ſed agiliſ
atq; preclaruſ ille conatuſ: fortune meæ ſeuitatem anteire: non
potuit. Iam enim loco proximuſ: nō illaſ roſaſ teneraſ & amenaſ:
madidaſ diuiniſ guttiſ roriſ & nectariſ: quaſ rubi feliceſ beate ſpine
generant. At ne conuallem quidem: uſq; iam. niſi tantū ripe flu/
uialiſ marginem. denſiſ arboribuſ ſeptā uideo. hee arboreſ i̅ lauri
faciem ꝓlyxe foliate pariunt. in modū floriſ inodori: porrectoſ
caliculoſ: modice punicantiſ. quoſ equidem fragrantiſ minime:
rureſtri uocabulo: uulguſ indoctum: roſaſ laureaſ appellant.
quarumq; cūcto pecori cibuſ letaliſ eſt. Talibuſ fatiſ implicituſ:
etiam ipſam ſalutem recuſanſ ſponte illud uenenū roſariū ſumere
geſtiebam. Sed dum contanter accedo decerpere: iuueniſ quidam
ut mihi uidebatur: hortulanuſ: cuiuſ omnia prorſuſ olera uaſta/
ueram: tāto damno cognito: cum grandi baculo furenſ decurrit.
abreptumq; me totum plagiſ obtūdit aduſq; uite ipſiuſ periculū:
niſi tandem ſapienter alioquin ipſe mihi tuliſſem auxilium. Nam
lumbiſ eleuatiſ in altum: pedum poſterioribuſ calcibuſ iactatiſ in
eum crebriter. iam mulctato grauiter: atq; iacente cōtra procliue
montiſ attigui fuga me liberaui. Sed ilico mulier quepiam: uxor

eiuſ ſcilicet ſimul eum ꝓſtratū: & ſemianimem ex edito deſpexit:
ululabili cum plangore ad eū ſtatim proſilit: ut ſui uidelicet miſe/
ſeratione mihi preſenſ crearet exitiū. Cuncti enī pagani fletibuſ
eiuſ exciti ſtatim conclamant caneſ: atq; ad me laniandum rabie
perciti ferrēt impetū: paſſim cohortantē. Tunc igitur ꝓculdubio
iam morti proximuſ cum uiderem caneſ mō magnoſ: & numero
multoſ: & urſiſ ac leonibuſ ad cōpugnandū idoneoſ in me cōuo/
catoſ exaſperari. ex renata capto conſilio: fugam deſino: ac me
retrorſuſ celeri gradu: rurſum ī ſtabulū quo deuerterā recipio. At
illi cāibuſ iā egre cohibitiſ: arreptū me loro q̃ualido: ad anſulam
quandam deſtinatum: rurſum cedendo cōfeciſſent profecto: niſi
dolore plagarum aluuſ artata: crudiſq; illiſ oleribuſ abundanſ: &
lubrico fluxu ſaucia: fimo fiſtulatim excuſſo: quoſdam extremi
liquoriſ aſpergi ne: alioſ putore nidoriſ fetidi a meiſ iam q̃ſſiſ ſca/
puliſ abegiſſem. Nec mora: cū iam ī meridiē prono iubare: rurſū
noſ: & precipue me longe grauiuſ onuſtum producūt illi latrōeſ
ſtabulo. Iāq; confecta bona parte itineriſ: & uie ſpatio defectuſ:
& ſarcine pondere depreſſuſ: ictibuſq; fuſtium fatigatuſ: atq; etiā
unguliſ extritiſ: iam clauduſ & titubanſ riuulū quendā ſerpentiſ
leniter aque prope inſiſtenſ: ſubtilem occaſionem feliciter nactuſ
cogitabā: totū memet flexiſ ſcite cruribuſ pronū abiicere. certuſ
atq; obſtinatuſ: nulliſ uerberibuſ ad ingrediendū exurgere. immo
etiam paratuſ: non fuſti tantum: ſed machera percuſſuſ occūbere.
rebar enim iam me prorſuſ exanimatum: ac debilē mereri cauſe
remiſſionē. Certe latrōeſ partim impatiētia more. partim ſtudio
feſtinate fuge: dorſi mei ſarcinam duobuſ ceteriſ iumentiſ diſtri/
buturoſ. meq; in altioriſ uindicte uicē: lupiſ & ulturibuſ predam
relicturoſ. Sed tam bellū cōſiliū meum preuertit ſorſ deterrima.
Nanq; ille aliuſ aſinuſ: diuinato: & ãncapto meo cogitatu: ſtatim
ſe mentita laſſitudine cum rebuſ totiſ offundit. Iacenſq; ī modū
mortui: non fuſtibuſ: nō ſtimuliſ: ac ne cauda quidem & auribuſ:
cruribuſq; undiq; uerſū eleuatiſ temptauit exurgere. quoad tādē
poſthume ſpei fatigati: ſecūq; collocuti: ne tam diu mortuo immo
uero lapideo aſino ſeruienteſ fugam morarentur: ſarcīniſ eiuſ mihi
equoq; diſtributiſ: diſtricto gladio poplīteſ eiuſ totaſ amputāt.
Ac paululū a uia retractum p altiſſimū precepſ in uallē ꝓximam
etiam nunc ſpirantem precipitant. tunc ego miſeri commilitoniſ
fortunam cogitanſ: ſtatui iam doliſ abiectiſ: & fraudibuſ: aſinum

me bone frugi dominuſ exbibere. Nã & ſecũ eoſ aĩmaduerterã
colloquenteſ: ꝙ in ꝓximo nobiſ eſſet babenda manſio. & totiuſ
uie finiſ qeta. eorumq; eſſet ſedeſ illa. & babitatio. clementi deniq;
tranſmiſſo cliuulo: peruenimuſ ad locũ deſtinatum. ubi rebuſ totiſ
exolutiſ: atq; intuſ conditiſ: iam pondere liberatuſ: laſſitudinem
uice lauacri: pulueriſ uolutatibuſ digerebam ¶ Reſ ac tempuſ
ip̃m locorũ: & ſpelũce illiuſ: quam latrõeſ inhabitabãt diſcripti/
onem exponere flagitant. Nã & meũ ſimul periclitabor ingeniũ:
& faxo uoſ quoq; an mente etiam: ſenſuq; fuerim aſinuſ ſedulo
ſentiatiſ. Monſ borriduſ: ſilueſtribuſq; frondibuſ umbroſuſ: & in
primiſ altuſ fuit. buiuſ per obliqua deuexa: qua ſaxiſ aſperrimiſ
& ob id inacceſſiſ cingit̃: cõualleſ lacunoſe caueq; nimiũ: ſpinetiſ
aggerate: & q̃q̃uerſuſ repoſite naturalẽ tutelam p̃benteſ ãbiebãt
de ſummo uertice. fõſ affluenſ bulliſ ingentibuſ ſcaturibat: quiq;
prona delapſuſ euomebat undaſ agenteaſ. Iamq; riuuliſ pluribuſ
diſperſuſ ac ualleſ illaſ amnibuſ ſtagnantibuſ irriganſ: in modum
ſtipati mariſ: uel ignaui fluminiſ cuncta cobibebat: inſurgit ſpe/
lunce: qua margineſ montane deſint. turriſ ardua: caule firma:
ſolitiſ cratibuſ: ouili ſtabulatione commoda: porrectiſ undiq; la/
teribuſ. ante foreſ exigui tramiteſ: uice ſtructi parietiſ attẽdunt̃.
ea tu bono certe meo periculo: latronum: dixeriſ atria. nec iuxta
quicq̃: q̃ parua caſula: cãnuliſ temere contecta: quo ſpeculatoreſ
e numero latronũ: ut poſtea comperi: ſorte ducti: noctibuſ ex/
cubabant. Ibi cum ſinguli direpſiſſent ſtipatiſ artubuſ: nobiſ ante
ipſaſ foreſ loro ualido deſtinatiſ: anum quandam: curuatã graui
ſenio: cui ſoli ſaluſ atq; tutela: tot numero iuuenum commiſſa ui/
debatur. ſic infeſti cõpellãt: etiam ne tu buſti cadauer extremũ:
& uite dedecuſ primum: & orci faſtidium ſolum: ſic nobiſ ocioſa
domi reſidenſ luſitabiſ. nec noſtriſ tam magniſ tamq; periculoſiſ
laboribuſ: ſolatium de tam ſera refectione tribuaſ: que diebuſ ac
noctibuſ: nil quicq̃ rei q̃ merum ſeuiẽti uentri tuo ſoleſ auiditer
ingurgitare. Tremenſ ad bec & ſtridenti uocula pauida ſic anuſ:
at uobiſ fortiſſimi fideliſſimiq; mei boſpitatoreſ iuueneſ affatim
cũcta ſuaui ſapore ꝑcocta pulmẽta: preſto ſunt. pãiſ numeroſuſ.
uinũ ꝓbe calcibuſ effricatiſ afflueter immiſſũ. & ex more calida
tumultuario lauacro ueſtro p̃ꝑata. In fĩe ſermõiſ buiuſ ſtatĩ ſeſe
deueſtiũt: nudatiq; & flãme largiſſime uapore recreati: calideq;
ꝑfuſi: & oleo ꝑuncti: mẽſaſ dapibuſ largiter inſtructaſ accũbũt.

¶ Commodum combuerant: et ecce q̃dem longe plureſ numero iuueneſ adueniũt alii: quoſ incõtãter adeque latrõeſ arbitrarere. Nam & ipſi predaſ aureorum argenteorumq; nummorum: ac uaſculoꝝ. ueſtiſq; ſerice: & intexte filiſ aureiſ: inuehebãt hii ſimili lauacro refoti: inter foroſſotioꝝ ſeſe reponũt. Tunc forte ducti miniſteriũ faciunt. Eſtur ac potatur incondite: pulmentiſ aceruatim: panibuſ aggeratim: poculiſ agminatim ingeſtiſ. clamore ludunt. ſtrepitu cantillant. conuiciiſ iocant̃. ac iã cetera ſemiferiſ laphithiſ: thelamibuſ: centauriſq; ſimilia. Tunc inter eoſ unuſ: qui robore ceteroſ antiſtabat? Noſ quidẽ ĩquit Miloniſ Hypatini domum fortiter expugnauimuſ. preter tantam fortune copiam: quã noſtra uirtute nacti ſumuſ: & ĩcolumi numero caſtra noſtra petiuimuſ. et ſiquid ad rem facit? octo pedibuſ: auctioreſ remeauimuſ. At uoſ q boetiaſ urbeſ appetiſtiſ: ipſo duce ueſtro fortiſſ̃o Lamatho diminuti. debilem numerum reduxiſtiſ. cuiuſ ſalutem merito ſarcinis iſtiſ quaſ aduexiſtiſ omnibuſ certe antetulerim. Sed illum quidem. utcũq; nimia uirtuſ ſua peremit: inter inclitoſ regeſ: ac duceſ prelioꝝ tanti uiri memoria celebrabitur. Enĩuero: uoſ bone frugi latroneſ ĩter furta parua: atq; ſeruilia? timidicule: ꝑ balneaſ: & anileſ cellulaſ reptanteſ? ſcrutariã facitiſ. Suſcipit unuſ ex illo poſteriore numero. Tu ne ſoluſ ignoraſ: lõge faciliores ad expugnãdũ domuſ eẽ maioreſ? qppe ꝙ licet numeroſa famila latiſ diuerſetur edibuſ. tamen quiſq; magiſ ſue ſaluti: q̃ dñi conſulat opibuſ. frugi autem & ſolitarii homineſ: fortunã paruã: uel certe ſatiſ amplam: diſſimulanter obtectã: protegũt acriuſ. & ſanguiniſ ſui periculo muniunt. Reſ ipſa deniq; fidẽ ſermoni meo dabit. Vix enĩ thebaſ heptapiloſ acceſſimuſ: qđ eſt huic diſcipline primariũ ſtudiũ. Sed dũ ſedulo fortunã inqrebamuſ popularẽ: nec noſ deniq; latuit chryſeroſ qdam nũmulariuſ copioſe pecunie dominuſ: qui metu offitiorum: ac munerum publicorum: magniſ artibuſ. magnam diſſimulabat opulentiam. Deniq; ſoluſ: ac ſolitariuſ: parua: ſed ſatiſ munita domũcula cõtẽtuſ: pannoſuſ alioqn ac ſordiduſ aureoſ folleſ incubabat. Ergo placuit ad hũc primũ ferremuſ aditum. ut cõcepta pugna manuſ unice: nullo negocio cunctiſ opibuſ ocioſe potiremur. Nec mora: cum noctiſ initio foribuſ eiuſ preſtolamur: q̃ſ neq; ſubleuare: neq; dimouere: ac nec perfringere quidem nobiſ uidebatur: ne ualuarum ſonuſ cunctã uiciniã noſtro ſuſcitaret exitio. Tũc itaq; ſublimiſ ille uexillariuſ

noſter Lamathuſ: ſpectata uirtutiſ ſue fiducia: q̃ clauiſ imittẽde
foramen patebat: ſenſim imiſſa manu: clauſtrũ euellere geſtiebat:
Sed dudum ſcilicet oĩm bipedum nequiſſimuſ chryſeroſ uigilanſ
& ſingula rerum ſentienſ: lenem gradum: & obnixum ſilentium
toleranſ: paulatim adrepit. grandiq̃ clauo manum ducis noſtri:
repẽte: niſu fortiſſimo: ad hoſtii tabulã offigit: & exitiabili nexu
patibulum relinquenſ: gurguſtioli ſui tectum aſcendit. atq; inde
cõtentiſſima uoce clamitanſ: rogãſq; uicinoſ: & unũquenq; ꝓprio
noĩe cienſ: & ſalutiſ cõmuniſ admonẽſ diffamat. incẽdio repẽtino
domum ſuam poſſideri. Sic unuſquiſq; proximi periculi cõfinio
territuſ: ſuppetiatum decurre anxii. Tũc noſ in ancipiti periculo
cõſtituti: uel opprimẽdi noſtri: uel deſerẽdi ſocii mediũ e re nata
ualidũ: eo uolẽte: cõmiſimuſ. Ante ſignani noſtri partẽ: q̃ manuſ
humeꝝ ſubit: ictu ꝑ articulũ mediũ temerato: prorſuſ abſcidimuſ.
atq; ibi brachio relicto: multiſ laciniiſ offulto uulnere: ne ſtille
ſãguiniſ ueſtigiũ proderent: ceterũ lamathũ: raptim reportamuſ.
ac dũ trepidi religiõiſ urguemur graui tumultu: & inſtãtiſ ꝑiculi
metu terremur ad fugã: nec uel ſeq̃ prope: uel remanere tuto põt:
uir ſublimiſ aĩmi: uirtutiſq; p̃cipuuſ? multiſ noſ affatibuſ: multiſq;
p̃cibuſ querenſ: adhortat̃ ꝑ dexterã martiſ: per fidẽ ſacramenti:
bonũ cõmilitonẽ cruciatu ſimul & captiuitate liberaremuſ. Cur. n.
manu: que rape & iugulare ſola poſſet: fortẽ latronẽ ſupuiuere?
ſat ſe beatũ: qui manu ſocia uolenſ occuberet. Cũq; nulli noſtrum
ſpontale parricidiũ ſuadenſ: ꝑſuadere poſſet? manu reliq̃ ſumptũ
gladiũ ſuũ: diuq; deoſculatuſ: per mediũ pectuſ: ictu fortiſſimo
tranſadiit. Tũc noſ magnanimi duciſ uigore uenerato: corpuſ re/
liquũ ueſte linea diligẽter cõuolutũ? mari celandũ cõmiſimuſ. et
nũc iacet noſter Lamathuſ elemẽto toto ſepultuſ. Et ille quidem
dignũ uirtutibuſ ſuiſ uite terminum poſuit. ¶ Eniuero Alcimuſ
ſollertibuſ ceptiſ: tñ ſeuũ fortune nutũ nõ potuit adducere? q cũ
dormientiſ anuſ ꝑfracto tuguriolo cõcendiſſet cubiculũ ſupiuſ:
iamq; protinuſ obliſiſ faucibuſ interſtinguere eã debuiſſet priuſ
maluit rerum ſingula per latiorẽ feneſtrã forinſecuſ nobiſ ſtiliſ
rapiẽda diſpgere. Cũq; iã cũcta rerũ gnauiter emolituſ: nec toro
q̃dem annicule q̃eſcẽtiſ parcere uellet. eaq; lectulo ſuo deuoluta:
ueſtẽ ſtragulã ſubductã ſcilicet iactare ſimiliter deſtinaret. geni/
buſ eiuſ ꝓfuſa ſic neq̃ſſĩa illa dep̃cat̃ ¶ Quod oro fili pauptinaſ
pãnoſaſq; reſculaſ miſerrime anuſ donaſ uicinis. diuitibuſ? quorũ

hec feneſtra domũ proſpicit? quo ſermone: callido deceptuſ aſtu. et uera: que dicta ſũt credenſ Alcimuſ: uerenſ ſcilicet: ne et ea: que priuſ miſerat: queq; poſtea miſſuruſ foret: niſi ſociiſ ſuiſ: ſed ī alienoſ lareſ: iā certuſ erroriſ abiiceret: ſuſpēdit ſe feneſtra: ſagaciter perſpecturuſ oīa: pſertim domuſ attigue: quā dixerat illa fortunaſ arbitraturuſ. qđ eũ ſtrenue qdē: & ſatiſ improuide conantē: ſenile illud facinuſ: q̄q̄ inualido: repētino tñ: & īopinato pulſu nutantē: ac pendulum: & in proſpectu alioqn attonitũ: pcepſ inegit: q pter altitudinem nimiā ſuper quendā etiā uaſtiſſimũ lapidem prope iacentem decidenſ: perfracta: diffuſaq; crate coſtaꝝ: riuoſ ſāguiniſ uomenſ: primituſ narratiſ nobiſ que geſta ſunt: nō diu cruciatuſ: uitam euaſit. quem prioriſ exemplo ſepulture traditum bonum ſecutorē Lamacho dedimuſ. Tunc orbitatiſ duplici plaga petiti: Iāq; thebaniſ conatibuſ abnuenteſ plateaſ: proximā cōſcēdimuſ ciuitatem. ibi fama celebrem quendam noīe Democharē munuſ edituꝝ gladiatoriũ deprehendimuſ. Nā & genere primariuſ uir: & opibuſ pluribuſ: & liberalitate pcipuuſ: digno forme ſue ſplēdore: publicaſ uoluptateſ inſtruebat. Quiſ tantuſ ingenii: quiſ facundie: qui ſingulaſ ſpecieſ apparatuſ multi iugi uerbiſ idoneiſ poſſit explicare? gladiatoreſ iſti famoſe manuſ: uenatoreſ illi pbate pernicitatiſ: alibi noxia: pdita ſecuritate ſuiſ epuliſ beſtiarũ ſaginaſ inſtruenteſ: confixiliſ machine ſublice. turreſ tabularum nexibuſ īſtar circũforanee domuſ. floride picture. decora future uenationiſ receptacula. qui preterea numeruſ? que facieſ ferarũ? Nā pcipuo ſtudio forenſi ſetiā aduexerat generoſa illa dānatoꝝ capitũ funera. ſed pre cetera ſpecioſi muneriſ ſuppellectilē: totiſ utcunq; patrimonii uiribuſ immaniſ urſe comparabat numerum copioſum. Nam pter domeſticiſ uenationibuſ captaſ? pter largiſ emptionibuſ partaſ? amicorum etiā donationibuſ uariiſ certatim oblataſ: tutela ſũptuoſa ſollicite nutriebant. Nec ille tam claruſ: tamq; ſplendiduſ publice uoluptatiſ apparatuſ: inuidie noxioſ effugit oculoſ. Nam diutina captiuitate fatigate: ſimul & eſtiua flagrantia macerate: pigra etiā ſeſſiōe languide: repentina correpte peſtilentia: pene ad nullũ rediuē numerũ. paſſim p plateaſ plurimaſ cerneređ iacere ſemiuiuoꝝ corporum ferina naufragia. Tũc uulguſ ignobile: quoſ inculta pauperieſ: ſine delectu ciboꝝ: tenuato uentri cogit ſordentia ſupplementa: & dapeſ gratuitaſ cōqrere? paſſī iacēteſ epulaſ accurrere. Tũc nacti ſubtile cōſiliũ:

ego & iſte babuluſ tale cõmiſcimur. urſã: que ceteriſ ſarcina corpiſ preualebat: quaſi cibo parãdã: portamuſ ad noſtrũ receptaculũ. eiuſq; probe nudatum carnibuſ coriũ: ſeruatiſ ſollerter unguibuſ: ipo etiã beſtie capite: aduſq; cõfiniũ ceruiciſ: ſolido relicto: tergũ omne raſura ſtudioſa tenuamuſ. & minuto cinere perſperſum: ſoli ſiccandũ tradimuſ. Ac dum celeſtiſ uaporiſ flammiſ examurgat: noſ interdum pulpiſ eiuſ ualenter ſaginanteſ: ſic inſtanti milicie diſponimuſ ſacramentũ? ut unuſ e numero noſtro: nõ q corporiſ adeo: ſed aĩmi robore ceteriſ ãtiſtaret: atque iſ ĩprimiſ uolũtariuſ: pelle illa cõtectuſ: urſe ſubiret effigiẽ: domũq; Demochariſ illatuſ: peropportuna nochiſ ſilentia nobiſ ianue facileſ pſtaret adituſ. Nec paucoſ fortiſſimi collegii ſollerſ ſpecieſ ad munuſ obeundũ arrexerat. quorũ pre ceteriſ thraſileon factioniſ optiõe dilectuſ: ancipitiſ machine ſubit aleã. Iãq; habili corio: & mollicie tracta/bili: uultu ſereno ſeſe recõdit. Tunc tenui acumĩe ſũmaſ oraſ eiuſ adequimuſ. & iũcture rimã licet gracilẽ: ſete circũfluẽtiſ dẽſitate ſepimuſ. ad ipſũ cõfiniũ gule: q̃ ceruix fuerat exacta: thraſileõiſ caput ſubire cogimuſ: puiſq; reſpiratui: circa nareſ & oculoſ: datiſ foraminibuſ. fortiſſimũ ſociũ noſtrũ: prorſuſ beſtiam factũ ĩmit/timuſ cauee: modico predeſtinate precio: quam conſtanti uigore feſtinuſ inrepſit ipſe. ad hunc modũ prioribuſ ĩchoatiſ: ſic reliqua fallacie peregimuſ. Sciſcitati nomẽ cuiuſdam nicanoriſ: q genere thracio ꝓdituſ: iuſ amicicie ſummũ cum illo demochare colebat: litteraſ affigimuſ: ut uenationiſ ſue ꝑmiciaſ: bonuſ amicuſ uideret̃ ornando muneri dedicaſſe. Iamq; ꝓuecta ueſpera: abuſi pſidio tenebraꝝ: thraſileoniſ caueã. demochari cũ litteriſ illiſ adulterinis offerimuſ. Qui de miratuſ beſtie magnitudinẽ: ſuiq; cõtubernaliſ opportuna liberalitate letatuſ: iubet nobiſ ꝓtinuſ gaudii ſui ge/ruliſ: decẽ aureoſ: ut ipſe habebat: e ſuiſ loculiſ adnumerari. Tũc ut nouitaſ conſueuit ad repentinaſ uiſioneſ animoſ hoĩm pellere: multi numero miranbundi beſtiã cõfluebãt. quoꝝ ſatiſ callẽter curioſoſ aſpectuſ thraſileon noſter: impetu minaci: frequenter in/hibebat: conſonaq; ciuiũ uoce ſatiſ felix: ac beatuſ demochareſ ille ſepe celebratuſ: q̃ poſt tantam cladẽ ferarum nouo prouẽtu: quoquo modo fortune reſiſteret: iubet noualibuſ ſuiſ confeſtim beſtiã ire. iubet ſumma cũ diligentia reportari. ſed ſuſcipienſ ego: caueaſ inq̃ dñe flagrantia ſoliſ: & itineriſ ſpatio fatigatam cetui multarũ: & ut audio nõ recte ualentiũ: committere ferarũ. quin

potiuſ domuſ tue patulū: ac perflatilē locū: immo & lacu aliquo
cōterminū refrigerātē q; proſpiciſ. An ignoraſ hic genuſ beſtie?
lucoſ cōſitoſ: & ſpecuſ roridoſ. & colleſ frigidoſ. & fonteſ amenoſ
ſemper incubare? Talibuſ monitiſ democharеſ pterritus: nume/
rū q; perditoꝝ ſecū recēſenſ: nō difficulter ad ſenſuſ: ut ex arbitrio
noſtro caueā locaremuſ: facile pmiſit. Sed & noſ inq̄ pati ſumuſ
hic ibidem pro cauea iſta excubare nocteſ: ut eſtuſ: & uexatōiſ
incōmodo beſtie fatigate: & cibū tempeſtiuū: & potum ſolitum
accuratiuſ offeramuſ. Nihil indigemuſ labore iſto ueſtro: rn̄dit
ille. Iā pene tota familia: per diutinā conſuetudinem: nutriendiſ
urſiſ exercitata ē. Poſt hic uale facto diſceſſimuſ: & portā ciui/
tatiſ egreſſi: monumentū qddā conſpicamur: pcul a uia: remoto
& abdito loco poſitum. ibi capuloſ: carie: & uetuſtate ſemitectoſ:
qſ īhabitabāt puluerei & iā cineroſi mortui paſſim: ad future pde
receptacula reſeramuſ. & ex diſciplina ſecte? ſeruato noctiſ illu/
mino tpe: q̄ ſomnuſ obuiuſ: īpetu pmo: corda mortaliū ualidiuſ
inuadit: ac pmit: cohortē noſtrā: gladiiſ armatā: ante ipſaſ foreſ
democbariſ: uelut expilationiſ uadimonium: ſiſtimuſ. Nec ſeciuſ
thraſileon examuſſim: capto noctiſ latrocinali momēto: prepit
cauea. ſtatim q; cuſtodeſ: q prope ſopiti quieſcebant: mox ad unū
omneſ: etiam ianitorem ipſum: gladio conficit. claui q; ſubtracta:
foreſ ianue repandit: nobiſ q; prompte conuolantibuſ: & domuſ
alueo receptiſ? demonſtrat horreū: ubi ueſpera ſagaciter argentū
copioſum recondi uideat: quo ptinuſ perfracto: conferte manuſ
uiolentia: iubeo ſinguloſ cōmilitonū aſportare quantum quiſ q;
poterat auri: uel argēti: & in illiſ edibuſ fideliſſimorū mortuorū
occultare ppere. rurſū concito gradu recurrenteſ ſarcinaſ iterare
quod enī ex uſu foret oīm me ſolum reſiſtētē pro domuſ limīe:
cūcta rerū exploraturū ſollicite dum redirent. Nā & facieſ urſe:
mediuſ edibuſ diſcurrentiſ: ad proterrendoſ: ſiqui de familia forte
uigilaſſent: uidebat opportuna. Quiſ enī q̄uiſ fortiſ: & intrepiduſ:
īmani forma tāte beſtie: noctu preſertim: uiſitata nō ſe ad fugā
ſtatim concitaret? Non obdito celle peſſulo pauenſ: & trepiduſ
ſeſe cohiberet? His oībuſ ſalubri cōſilio recte diſpoſitiſ: occurrit
ſeuuſ euētuſ. Nam q; dū reduceſ ſocioſ noſtroſ ſuſpēſuſ opperior:
qdam ſeruuluſ: ſtrepituſ ſcilicet diuinituſ īqetuſ: proſerpit leniter:
uiſa q; beſtia: que libere diſcurrenſ: totiſ edibuſ cōmeabat: pmenſ
obnixum ſilentiū: ueſtigiū ſuū replicat. & utcū q; cunctiſ: ī domo

uiſa pronũciat. Nec mora cũ numeroſe familie frequẽtia domuſ tota completur tediſ lucerniſ: cereiſ: ſepaceiſ nocturni luminiſ in/ſtrumentiſ. Clareſcunt tenebre. nec inermiſ quiſquã de tãta copia proceſſit. ſed ſinguli fuſtibuſ: lãceiſ: diſtrictiſ deniq; gladiiſ? armati muniũt adituſ. nec ſecuſ caneſ etiã uenaticoſ: auritoſ illoſ: & horri/comeſ: ad cõprimendã beſtiã cohortant̃. Tũc ego ſenſim gliſcẽte adhuc illo tumultu retrogradi fuga domo faceſſo. ſed plane thra/ſileonẽ mire canibuſ repugnãtem: latenſ pone ianuã ipẽ ꝑſpicio. q̃q̃ enĩ uite metaſ ultimaſ obiret: nõ tamẽ ſui: noſtriq; uel p̃ſtine uirtutiſ oblituſ: iã faucibuſ ipſiſ hiantiſ cerberi reluctabat. ſcenã deniq; quã ſponte ſumpſerat: cum aĩa retinenſ: nũc fugienſ: nunc reſiſtẽſ: uariſ corporiſ ſui ſceniſ: ac motibuſ: tandẽ domo ꝓlapſuſ eſt. Nec tamen q̃uiſ publica potituſ libertate: ſalutẽ fuga querere potuit. Quippe cuncti caneſ de proximo angi portu ſatiſ feri: ſatiſq; copioſi: uenaticiſ illiſ: q cõmodũ domo ſimiliter inſequẽteſ proceſſerãt? ſeſe cõmiſcẽt agminatim. miſerũ funeſtũq; ſpectatũ aſpexi. Thraſileonem noſtrũ catervis canũ ſeuiẽtiũ cinctũ: atq; obſeſſũ: multiſq; numero morſibuſ laniatum. Deniq; tãti doloriſ impatienſ: populi circũfluẽtiſ turbuliſ ĩmiſceor. et in quo ſolo po/teram celatũ auxiliũ bono ferre cõmilitoni? ſic ĩdaginiſ prĩcipeſ dehortabar. O grande inq̃: & extremũ flagitiũ: magnam & uere precioſam ꝑdimuſ beſtiam. Nec tñ noſtri ſermoniſ arteſ: ĩfeliciſſĩo profuere iuueni. Quippe quidã procurrenſ e domo: proceruſ: & ualiduſ? incõtanter lanceã mediſ iniecit urſe precordiiſ. nec ſecuſ aliuſ. & ecce plurimi iam timore diſcuſſo: certatim gladioſ: et iam deproximo congerũt. Eniuero thraſileon egregiũ decuſ noſtre factioniſ: tandem immortalitate digno illo ſpiritu expugnato: magiſ q̃ patiẽtia neq; clamore? Ac nec ululatu qdẽ: fidẽ ſacramẽti ꝓdidit. ſed iã morſibuſ laceratuſ. ferroq; laniatuſ obnixo mugitu: & ferino fremitu: preſentẽ caſũ generoſo uigore toleranſ? gloriã ſibi reſeruauit. uitã fato reddidit. Tanto tñ terrore: tantaq; for/midĩe cetũ illũ turbauerat: ut uſq; diluculũ: immo & ĩmultũ diẽ: nemo qſq̃m fuerit auſuſ. q̃uiſ iacentẽ beſtiã: uel digito cõtingere: niſi tãdẽ pigre ac timide qdã laniuſ: paulo fidẽtior: utero beſtie reſecto: urſe magnificũ deſpoliauit latronẽ. Sic etiã thraſileon nobiſ perimit̃: ſed a gloria nõ periuit. Confeſtim itaq; cõſtrictiſ ſarcinis illiſ: q̃ſ nobiſ ſeruauerãt fideleſ illi mortui: platee termĩoſ cito gradu deſerẽteſ: iſtud apud noſtroſ aĩoſ idẽtidẽ reputabamuſ:

merito nullā fidem inuita repperiri. ꝙ ad maniſ iam: & mortuoſ
odio perfidie noſtre demigrarit. Sic onere uecture: ſimul & aſpe
uie toti fatigati: tribuſ comitum deſideratiſ: iſtaſ quaſ uidetiſ: p̄daſ
aduximuſ. ¶ Poſt iſtū ſermoniſ terminū poculiſ aureiſ mēorie
defūctoꝝ cōmilitonū: uino mero libant. de hinc canticiſ ꝗbuſdā
marti deo: blanditi: paululū conquieſcunt. Etenī nobiſ anuſ illa
recenſ ordeum affatim: & ſine ulla menſura largita eſt. ut equuſ
ꝗdem meuſ: tanta copia. et quidē ſoluſ potituſ: ſaliareſ ſe cenaſſe
cenaſ crederet. Ego uero q̄q̄ aliaſ ordeum tunſū minutatim: et
diutina cogitatiōe uirulentū: ſemper eſerim: rimatuſ angulū: quo
paniſ reliquie totiuſ multitudiniſ congeſte fuerāt: fauceſ diutina
fame ſauciaſ: & araneanteſ uehementer exerceo. Et ecce nocte
promota: latroneſ expergiti caſtra cōmouent. Inſtructiq; uarie:
partim gladiiſ armati in lemureſ reformāt. cōcito ſe gradu pro/
ripiunt. Nec me tamen inſtanter ac fortiter manducantem: uel
ſomnuſ īminenſ īpedire potuit. Et q̄q̄ priuſ cū eſſem luciuſ: unico
uel ſecūdo pane cōtentuſ: menſa decederem: tūc uentri tā ꝓfundo
ſeruiēſ: iā ferme tertiū qualū rumigabā. huic me operi attonitū
clara lux oppreſſit. Tandem deniq; aſinali uerecundia ductuſ:
egerrime tamen digredienſ riuulo proxīo ſitim leuio. Nec mora
cū latroneſ ultro anxii atq; ſolliciti remeāt. nullā ꝗdem prorſuſ
ſarcinam: uel omnino licet uilē laciniā ferenteſ: ſed tantū gladiiſ:
totiſ manibuſ: īmo factiōiſ ſue cunctiſ uiribuſ: unicam uirginem
filo liberalem? et ut matronatuſ eiuſ indicabat: ſūmatē regioniſ:
puellā: meherculeſ & aſino tali cōcupiſcendā: merentē: et crineſ cū
ueſte ſua lacerantē: aduehebant: eā ſimul intra ſpeluncā: uerbaq;
que dolebat minora facienteſ: ſic alloquūt̄. Tu quidem ſalutiſ &
pudicicie ſecura: breuē patientiā noſtro compēdio tribue. Quoſ
ad iſtam ſectam paupertatiſ neceſſitaſ adegit. Parenteſ autē tui
de tanto ſuarum diuitiaꝝ cumulo: q̄q̄ ſatiſ cupidi tamē ſine mora
parabūt ſcilicet idoneā ſui ſāguiniſ redēptionē. hiſ & hiſ ſimilibuſ
blatteratiſ: nec ꝗcq̄ dolor ſedat̄ puelle. quidni que īter genua ſua
depoſito capite ſine mō flebat. At illi intro uocate anui p̄cipiūt:
aſſidenſ eā blando: quantū poſſet: ſolaret̄ alloꝗo. Seq; ad ſecte
ſueta confere. Nec tamen puella quiuit ulliſ anicule ſermonibuſ:
ab inceptiſ fletibuſ auocari. Sed altiuſ eiulanſ ſeſe: et aſſiduiſ ſin/
gultibuſ ilia quatienſ mihi etiā lachrymaſ excuſſit. At ſic. An
ego inꝗt miſera tali domo: tanta familia: tam cariſ uernuliſ: tam

ſanctiſ parentibuſ deſolata: & infeliciſ rapine preda: & mancipiũ
effecta: inq; iſto ſaxeo carcere ſeruiliter clauſa. & oĩbuſ delitiiſ:
qſ innata atq; ĩnutrita ſim: ꝑuata: ſub incerta ſalutiſ & carnificine
laniena: inter tot ac taleſ latrõeſ & horrendũ gladiatoꝝ populũ.
uel fletũ deſinere: uel oĩno uiuere potero. Lamẽtata ſic & aĩmi
dolore & fauciũ tendore & corpiſ laſſitudĩe iã fatigata? marcẽteſ
oculoſ dimiſit ad ſoporẽ: iam cõmodũ conquierat: nec diu: cum
repẽte lymphatico ritu ſõno recuſſa: lõgeq; uehemẽtiuſ afflictare
ſeſe. & pectuſ etiã palmiſ infeſtiſ tundere: & faciem illã luculentã
uerberare ĩcepit. et anicule q̃q̃ inſtãtiſſĩe cauſaſ noui et ĩſtaurati
meroriſ reqrẽti? Sic adſuſpiranſ altiuſ infit. ¶ Hem nunc certe:
nunc maxĩe funditus perii? nũc ſpei ſalutifere renũtiaui laqueuſ:
aut gladiuſ: aut certe precipitiũ procul dubio capeſſendum eſt.
Ad hic anuſ iratior: dicere eam ſeuiore iam uultu iubebat: qd
malũ fleret. uel qd repẽte poſtliminio preſſe quietiſ lamẽtatiõeſ
licentioſaſ refricaret. Nimirũ inqt: tanto cõpedio tue redẽptiõiſ
defraudare iuueneſ meoſ deſtinaſ? ꝙ ſi pergiſ ulteriuſ: iam faxo
lacbrymiſ iſtiſ: quaſ paruipẽdere latroneſ cõſuere: inſuper habitiſ:
uiua exurere. ¶ Tali puella ſermone deterrita: manuq; eiuſ ex/
oſculata: parce inquit mi parenſ: & duriſſimo caſui meo: pietatiſ
humane memor: ſubſiſte paululũ. Nec enĩ ut reor euo longiore.
mature tibi ĩ iſta ſãcta canicie miſeratio prorſuſ exaruit. Specta
demq; ſcenã mee calamitatiſ. Specioſuſ adoleſcenſ ĩter ſuoſ prin/
cipaleſ quem filium publicum omniſ ſibi ciuitaſ cooptauit: meuſ
alioquin conſobrinuſ tantulo triennio maior ĩ etate: qui mecum
ꝑmiſ ab ãniſ nutrituſ & adultuſ. ĩdiuiduo cõtubernio domuſcule
immo uero cubiculi toriq;: ſancte caritatiſ affectiõe mutuo mihi
pigroratuſ: uotiſq; nuptialibuſ pacto iugali ꝑdem deſtinatuſ cõ/
ſenſu parentũ? tabuliſ etiã merituſ nũcupatuſ ad nuptiaſ: offitio
frequenti cognatorũ & affiniũ ſtipatuſ: tẽpliſ & edibuſ publiciſ
uictimaſ ĩmolabat. domuſ tota lauriſ obſita. tediſ lucida conſtre/
pebat hymeneum: tunc me gremio ſuo mater infelix toleranſ:
mũdo nuptiali decenter ornabat. mellitiſq; ſauiiſ crebriter ĩgeſtiſ
iã ſpe futura liberoꝝ uotiſ anxiuſ ꝓpagabat? cũ inruptiõiſ ſub/
ite gladiatorum impetuſ ad belli faciem ſeuienſ? nudiſ & incertiſ
mucrõibuſ coruſcãſ: nõ cedi: nõ rapine manuſ afferũt. Sed denſo:
conglobatoq; cuneo: cubiculũ noſtrũ: inuadũt protinuſ. nec ullo
de familiaribuſ noſtriſ repugnãte: ac ne tantillũ qdẽ reſiſtente:

miſeram exanimẽ: ſeuo pauore: trepido de medio matris gremio
rapuere. ſic iſtar attidiſ. uel ꝓteſilai: deſpecte diſturbateq; nuptie.
Sed ecce ſeuiſſimũ oĩm: nũc etiã redintegratᷓ: ĩmo uero cumulatᷓ
infortuniũ meũ. Nã uiſa ſũ mihi de domo: de thalamo: de cubi/
culo: de toro deniq; ipſo uiolenter extracta: ꝑ ſolitudineſ auiaſ
infortunatiſſimi mariti nomen inuocare. eumq; ut primum meiſ
amplexibuſ uiduatuſ ẽ: adhuc unguẽtiſ madidũ: coroniſ floridũ:
conſeq̃ ueſtigio me pedibuſ fugientẽ alieniſ. utq; clamore percito
formoſe raptum uxoriſ conquerenſ: populi teſtatᷓ auxiliũ: qdã
de latronibuſ importune perſecutioniſ indignatione permotuſ:
ſaxo grandi propedibuſ abrepto: miſellũ iuuenẽ maritum meũ
percuſſũ interemit. taliſ aſpectuſ atrocitate pterrita. ſõno funeſto
pauẽſ: excuſſa ſũ. ¶ Tũc fletibuſ eiuſ adſuſpiranſ anuſ: ſic ĩcipit.
Bono aĩo eſto mihercules: nec uaniſ ſomnioꝝ figmentiſ terreare.
Nã preter ꝙ diurne q̃etiſ imagineſ falſe perhibentur: tum etiam
nocturne uiſioneſ: contrarioſ euentuſ nonnũq̃ ꝓnuntiãt. Deniq;
flere: & uapulare: & nõnũq̃ iugulari: lucrũ: ſũ: proſperũq; ꝓuentũ
nuntiant. circa ridere: & mellituſ dulcioli: uentrem ſaginare: uel
in uoluptatem ueneriã conuenire: triſticie animi: lãguori corpiſ:
damniq; ceteriſ. uel axatũ iri predicant. Sed ego te narratiõibuſ
lepidiſ: anilibuſq; fabuliſ. protinuſ euocabo. & incipit. Erant
in quadam ciuitate rex et regina. hi treſ numero filiaſ: forma
conſpicuaſ habuere. ſed maioreſ quidẽ natu q̃uiſ gratiſſima ſpecie
idonee: tamẽ celebrari poſſe laudibuſ hũaniſ credebantᷓ. At uero
puelle iunioriſ. tã precipua tã preclara pulchritudo: nec exprimi
ac ne ſufficienter qdẽ laudari ſermoniſ humani penuria: poterat.
Multi dẽiq; ciuiũ & aduene copioſi: quoſ eximii ſpectaculi rumor
ſtudioſa celebritate cõgregabat: inacceſſe formoſitatiſ admiratõe
ſtupidi: & admouenteſ oribuſ ſuiſ dexteram: ꝓ ore digito inerectũ
pollicẽ reſidente: ut ipſam prorſuſ deã uenerem religioſiſ adora/
tionibuſ uenerabantᷓ. Iamq; ꝓximaſ ciuitateſ: & attiguaſ regiõeſ.
fama peruaſerat deã: quã cerulũ profundũ pelagi peperit. & roſ
ſpumantiũ fluctuũ educauit: iã numiniſ ſui paſſim tributa uenia:
in mediiſ cõuerſari populi cetibuſ. uel certe rurſum nouo celeſtiũ
ſtellarum germine. non maria: ſed terraſ. uenerem aliam: uirginali
flore preditã pullulaſſe. ſic immenſum procedit in dieſ opinio: ſic
inſulaſ iã proximaſ & terre pluſculũ: prouintiaſq; plurimaſ fama
porrecta peruagatᷓ. Iam multi mortalium longiſ itineribuſ: atq;

altiſſimiſ mariſ meatibuſ: ad ſeculi ſpecimē glorioſū confluebant?
paphon nemo: Gnydon nemo. At ne ipſa quidem cithera: ad cō/
ſpectum dee ueneriſ nauigabant. Sacra dee proferuntur. templa
deformāt̄. puluinaria ꝑferūt̄ ceremonie neglegunt̄. incoronata
ſimulacra: & are uidue frigido cinere fedate. puelle ſupplicat̄ et
inhumaniſ uultibuſ: dee tante numina placantur. & in matutino
ꝓgreſſu uirginiſ? uictimiſ et epuliſ ueneriſ abſētiſ nomē ꝓpitiat̄.
Iamq; per plateaſ commeantē populi frequēter floribuſ certiſ: &
ſolutiſ adprecant̄. Hic honorū celeſtiū ad puelle mortaliſ cultū
immodica trāſlatio: uere ueneriſ uehementer incendit animoſ. et
impatienſ indignationiſ: capite quaſſanti fremenſ altiuſ: ſic ſecum
diſſerit. En rerum natura priſca parenſ. En elementorum origo
initialiſ: en orbiſ totiuſ alma uenuſ: que cū mortali puella ꝑtiario
maieſtatiſ honore tractor. & nomen meū celo conditum terreniſ
ſordibuſ prophanat̄. Nimirū cōmuni numiniſ piamento. uicarie
uenerationiſ incertū ſuſtinebo. & imaginē meā circūferet puella
moritura. fruſtra me paſtor ille: cuiuſ iuſticiam fidemq; magnuſ
cōprobauit iupiter: ob eximiā ſpeciē tantiſ pretulit deabuſ? Sed
non adeo gaudenſ iſta: quecunq; eſt? meoſ honoreſ uſurpauit. Iā
faxo huiuſ etiā ipſiuſ illicite formoſitatiſ peniteat. & uocat con/
feſtim puerū ſuū pinnatum illū. & ſatiſ temerariū: qui maliſ ſuiſ
moribuſ: contēpta diſciplīa publica: flammiſ & ſagittiſ arͫatuſ per
alienaſ domoſ nocte diſcurrenſ: & oīm matrimonia corrumpenſ
impune committit tāta flagitia. et nihil prorſuſ boni facit. Hūc
q̄q̄ genuina licentia procacē: uerbiſ quoq; inſup ſtimulat. ꝑ ducit
ad illā ciuitatem. et Pſychen: hoc enī nomīe puella nūcupabat̄
coram oſtendit. & tota illa perlata: de formoſitatiſ emulatione
fabula: gemenſ: ac fremenſ indignatione: per ego te inq̄t materne
caritatiſ federa deprecor: per tue ſagitte dulcia uulnera: ꝑ flamme
iſtiuſ mellitaſ uredineſ. uindictā tue parenti: ſed plenam tribue. &
inpulchrytudinem contumacem reuerenter uindica. idq; unum: &
pre omnibuſ unicū: uolenſ efficie: uirgo iſta amore flagrātiſſimo
teneat̄ hominiſ extremi. quē & dignitatiſ: & patrimonii: ſimul &
incolumitatiſ ipſiuſ fortuna damnauit. tamq; infirmi: ut ꝑ totū
orbem non inueniat miſerie ſue comparem. Sic effata & oſculiſ
hiantibuſ filiū diu ac preſſule ſauiata: ꝓximaſ horaſ reflui littoriſ
petit. plantiſq; roſeiſ uibrantium fluctuum ſummū rorē calcauit.
Ecce iā profundi mariſ udo reſedit uertice. & ipſum quod incipit

genuſ edulium ſolidorum: et illibata fercula iuſſit apponi. At ego q̄q̄ iam bellule ſuffarcinatuſ gratiorem commēdatioremq; me tū ei facere cupienſ: eſuriēter exhibitaſ eſcaſ appetebam. Nam et qd potiſſimum abhorreret aſinuſ excogitanteſ ſcrupuloſe: ad explo/randum manſuetudinem id offerebāt mihi: carneſ laſere infectaſ: altilia pipere inſperſa: piſceſ exotico iure pfuſoſ. ❡ Interī cōuiuiū ſummo riſu perſonabat. Quidam deniq; preſēſ ſcurrula: date inqt ſodali huic quippiam meri: quod dictum dominuſ ſecutuſ. ❡ Nō adeo reſpondit abſurde locutuſ eſ furtifer: ualde enī fieri poteſt: ut contubernaliſ noſter poculum quoq; mulſi libenter appetat: et heuſ ait puer lautū diligēter ecce illum aureum cantharū mulſo contēpera: et offer paraſito meo: ſimul ꝙ ei pbiberim cōmoneto: ingenſ exin oborta eſt epulonū expectatio: nec ulla tamen ego ratione conterrituſ otioſe ac ſatiſ genialiter contorta in modum lingue extrema labia: grandiſſimū illū calicē uno hauſtu phauſi: et clamor exurgit conſona uoce cunctorū: ſalute me pſequentiū magno deniq; delibutuſ gaudio dominuſ: uocatiſ ſeruiſ ſuiſ: emp/toribuſ meiſ iubet q̄druplū reſtitui pretiū: meq; cuidā acceptiſſimo liberto ſuo: et ſatiſ peculiato: magna prefatuſ diligentia tradidit: qui me ſatiſ humane: ſatiſq; comiter nutriebat: et quo ſe paterno commendatiorem faceret: ſtudioſiſſime uoluptateſ eiuſ per meaſ argutiaſ inſtruebat. et primū me quidem mēſam accūbere ſuffixo cubito: dein adluctari: et etiam ſaltare ſublatiſ prioribuſ pedibuſ perdocuit: quodq; eſſet adprime mirabile: uerbiſ nutū cōmodarē: ut quod nollem: relato: quod uellem: reiecto capite monſtrarem: ſitienſq; pocillatore reſpecto: ciliiſ alterna conuienſ bibere flagi/tarem: atq; hec omnia pfacile obediebam: que nullo etiā mōſtrāte ſcilicet facerē: ſed uerebar: ne ſi forte ſine magiſtro: humano ritu hoc ederem: pleriq; rati ſeuum preſagiū portendere: uelut mōſtrū oſtentumq; me obtruncatū: uulturiſ opimum pabulū redderēt. Iamq; rumor publice crebruerat: quo conſpectum: atq; famige/rabilem meiſ miriſ artibuſ effeceram dominum. hic eſt qui ſodalē conuiuamq; poſſidet luctantem aſinum: ſaltantem aſinum: uoceſ humanaſ intelligentem: ſenſum nutibuſ exprimētem. ❡ Sed p̄uſ eſt: ut uobiſ: quod initio facere debueram: uel nunc ſaltem referā: qſ iſte: uel unū fuerit Thyaſuſ: hic enī nomine meuſ nuncupabat dominuſ: oriunduſ patria corintho: quod caput eſt totiuſ achaie prouintie: ut eiuſ pſapia: atq; dignitaſ poſtulabat: gradatī pmēſiſ

honoribuſ qnquēnali magiſtratui fuerat deſtinatuſ: et ut ſplēdori
capeſcendorum reſponderet faſcium: munuſ gladiatoriū triduanīſ
ſpectaculiſ pollicituſ: latiuſ munificentiam ſuā porrigebat: deniq;
glorie publice ſtudio? Tunc theſſaliā etiā acceſſerat: nobiliſſimaſ
feraſ: & famoſoſ inde gladiatoreſ comperaturuſ. Iamq; ex arbitrio
diſpoſitiſ coemptiſq; omnibuſ domuitionem pārabat: ſpretiſ lucu/
lentiſ illiſ ſuiſ uehiculiſ: ac poſt habitiſ decoriſ predarum carpentiſ
que partim contecta: partī reuelata fruſtra: nouiſſimiſ trahebāt
conſequiiſ: equiſ etiam theſſaliciſ. et aliiſ iumentiſ gallicaniſ: quibuſ
generoſa ſoboleſ perhibet precioſam dignitatē: me phaleriſ aureiſ:
et fucatiſ ephippiiſ et purpureiſ tapetiſ: et freniſ argenteiſ: et pic/
tilibuſ balteiſ et tintinnabuliſ perargutiſ exornatum: ipſe reſidēſ
amantiſſime: nōnunq̄ comiſſimiſ affat̄ ſermonibuſ: atq; inter alia
pleraq;: ſumme ſe delectari ꝓfitebatur: quod haberet in me ſimul
et conuiuam et uectorem. At ubi partim terreſtri: pt̄im maritimo
itinere: confecto corinthum acceſſimuſ: magne ciuium turbe cō/
fluebant: ut mihi uidebatur: non tantum Thyaſi danteſ honori:
q̄ mei conſpectuſ cupienteſ: nam tanta etiam ibidem de me fama
peruaſerat: ut non mediocri queſtui propoſito illi modo fuerim: q
cum multoſ uideret nimio fauore: luſuſ meoſ ſpectare geſtienteſ:
obſerata fore: atq; ſinguliſ eorum ſeorſuſ admiſſiſ: ſtipeſ acceptanſ
non paruaſ ſummulaſ diurnaſ corradere conſuerat. Fuit in illo cō/
uenticulo: matrona quedam pollenſ: et opulēſ: que more ceterorꝫ
uiſum meum mercata: ac de hinc multiformibuſ ludicriſ delectata
per ammirationem aſſiduā: paulatim in ammirabilē mei cupidinē
incidit: nec ullā ueſane libidini medelā capienſ adinſtar aſinarie
paſipheſ: cōplexuſ meoſ ardēter expectabat. grandi deniq; p̄mio
cum altore meo depacta eſt noctiſ uniuſ cubitum. At ille nequaq̄
ut poſſet de me ſuaue prouenire: lucro ſuo tantū contentuſ ānuit.
Iam deniq; cenati e triclinio domini deceſſeramuſ: et iam dudum
preſtulantem cubiculo meo matronam offendimuſ. Dii boni q̄liſ
ille: q̄q; preclaruſ apparatuſ? quattuor eunuchi cōfeſtim puluilliſ
compluribuſ uentoſe tumentibuſ: pluma dedicata terreſtrem nobiſ
cubitum preſtruūt: ſed et ſtragula ueſte auro: ac murice tyrio de/
picta probe conſternunt. ac deſuper breuibuſ admodum: ſed ſatiſ
copioſiſ puluilliſ aliiſ nimiſ modiciſ: quiſ maxillaſ et ceruiceſ deli/
cate muliereſ ſuffulcire cōſuerunt: ſupſtruunt: nec dn̄e uoluptateſ
diutina ſua p̄ſentia morati: clauſiſ cubiculi foribuſ faceſſit. At intuſ

cerei preclara micanteſ luce: nocturnaſ nobiſ tenebraſ inalbabãt.
Tunc ipſa cũcto prorſuſ ſpoliata tegmine: tenia quoq; q̃ decoraſ
deuĩxerat papillaſ: lumẽ ꝓpter adſiſtẽſ: de ſtagneo uaſculo multo
ſeſe perungit oleo balſamo: meq; indidem largiſſime perfricat: ſed
multo tanta impenſiuſ cura etiam nareſ perfundit meaſ. Tũc ex/
oſculata preſſule: non qualia in lupanari ſolẽt baſiola iactari: uel
meretricũ poſcinũmia: uel aduectorũ negocinũmia: ſed pura atq;
ſincera: inſtruit et blandiſſimoſ affatuſ: amo et cupio: et te ſolum
diligo: et ſine te iam uiuere nequeo: et cetera quiſ mulie reſ: et alioſ
inducunt: et ſuaſ teſtantur affectioneſ: capiſtroq; me deprehenſũ
more quo didicerã redinat facile: qppe cũ nil noui nihilq; difficile
facturuſ mihi uiderer: preſertim poſt tantũ temporiſ: tã formoſe
mulieriſ cupiẽtiſ amplexuſ obiturus: nã et uino pulcherrimo: atq;
copioſo memet madefeceram: et unguento flagrantiſſimo ꝓluuiũ
libidiniſ ſuſcitaram. Sed angebar plane: non exili metu reputãſ:
quẽadmodũ tãtiſ: tanq̃ magniſ cruribuſ poſſem delicatã matronã
inſcendere: uel tam lucida: tãq; tenera: et lacte ac melle confecta
membra: duriſ unguliſ complecti: labiaſq; modicaſ: ambroſio rore
purpuranteſ tam amplo ore: tanq; enormi: et ſaxeiſ dentibuſ de/
formiſ ſauiari: nouiſſime: quo pacto q̃q̃ exunguiculiſ perpuriſcẽſ
mulier: tam uaſtum genitale ſuſciperet. heu me qui dirupta nobili
femina beſtiiſ obiectuſ minuſ inſtructuruſ ſim mei domini: molleſ
interdum uoculaſ: et aſſidua ſauia: et dulceſ gannituſ: cũ morſicã/
tibuſ oculiſ iterauerat illa et in ſumma: teneo te inquit: teneo meũ
palumbulũ: meũ paſſerem: et cum dicto uanaſ fuiſſe cogitationeſ
meaſ: ineptumq; monſtrat metũ artiſſime nãq; complexa: tũ me
prorſuſ: ſed totũ recipit: illa uero quotienſ ei ꝑcenſ nateſ recellebã:
accedenſ totienſ niſu rabido: et ſpinã prebendenſ meã: adpliciore
nexu inherebat: ut Herculeſ etiã de eſſe mihi aliquid: ad ſupplẽdã
eiuſ libidinem crederem: nec minotauri matrem fruſtra delectatã
putarẽ adultero mugiente. Iãq; opoſa et ꝑuigili nocte tranſacta
uitata luciſ conſtiẽtia: faceſſit mulier: cõdicto pari noctiſ future
p̃cio: nec grauate magiſter meuſ uoluptateſ ex eiuſ arbitrio lar/
giebatur: partim mercedeſ ampliſſimaſ acceptãdo: partim nouum
ſpectaculũ domino prepando: incontanter ei deniq; libidiniſ mee
totam detegit ſcenã. At ille liberto magnifice munerato deſtinat
me ſpectaculo publico: et qm̃ neq; egregia illa uxor mea propter
dignitatem: neq; prorſuſ ulla alia inueniri poterat: grandi premio

uiliſ acquiritur aliqua: ſententia preſidiſ beſtiiſ addicta: que mecū in coram publicam populi caueam frequentaret: eiuſ pene talem cognouerā fabulā. ¶ Maritū habuit: cuiuſ pater pegre ꝓficiſceſ mādauit uxori ſue: matri eiuſdē iuuenis: q̄ eni ſarcina ꝑgnatiōis oneratā eam relinquebat ut ſi ſexuſ ſeqoris edidiſſet fetus: ꝓtinuſ qđ eſſet editum: necaret. At illa pre abſtinētia mariti: natā puellā inſita matribuſ pietate: preuenta deſciuit: ab obſeqo mariti: eamq; prodidit uicinis alumnādam: regreſſoq; iā marito: natā necatāq; nūtiauit. Sed ubi floſ etatiſ nuptialē uirgini diem flagitabat: nec ignaro marito dotare filiā pro natalibuſ quibat: qđ ſolū potuit: tacitum ſecretū filio ſuo aperuit. nā et oppido uerebatur ne quo caſu caloris iuuenilis impetu lapſus: neſciuſ neſciā ſororē incurreret: ſed pietatiſ ſpectate iuuenis: et matriſ obſequiū: et ſororiſ officiū religioſe diſpenſat: et arcaniſ domuſ uenerabiliſ ſilentii cuſtodie tradidit: plebeiā facie tenuſ pretēdenſ humanitatem: ſic neceſſariū ſanguiniſ ſui munuſ aggredit: ut deſolatā uicinā puellā: parētūq; ꝑſidio uiduatam: domuſ ſue tutela receptaret. At mox artiſſimo multumq; ſibi dilecto contubernali: largituſ de ꝓprio dotem: liberaliſſime traderet. Sed hic bene atq; optime plenaq; cū ſcimōia diſpoſita feralem fortune nutum latere nō potuere: cuiuſ inſtīctu domum iuueniſ protinuſ ſe direxit: ſeua riualitaſ: et ilico hic eadē uxor eius: que nunc beſtiis: propter hec ipſa fuerat addicta: cepit puellā: uelut emulā tori ſuccubāq; ꝑmo ſuſpicari: de hīc deteſtari: de hinc crudeliſſimiſ laqueiſ mortiſ inſidiari: tale deiq; cominiſcit facinuſ. ¶ Annulo mariti ſurrepto: ruſ profecto: mittit quendam ſeruulum ſibi quidem fidelem: ſed de ipſa fide peſſime merentem: q puelle nūtiaret: q̄ eam iuueniſ profectuſ ad uillulam uocaret ad ſeſe: addito: ut ſola et ſine ullo comite: q̄ maturiſſime perueīret: & nequa forte naſceretur uenīēdi contatio: tradit annulum marito ſubtractū: qui mōſtratuſ: fidē uerbiſ adſtipularet. At illa mādato fratriſ obſequenſ: hec enim nomen ſola ſciebat reſpecto etiā ſigno eiuſ: qđ offerebat: gnauiter ut ꝑceptū fuerat: incomitata feſtinat. Sed ubi fraudiſ extreme lapſa decipulo: laqueoſ inſidiaꝝ acceſſit. Tunc illa uxor egregia: ſororem mariti libidinoſe furie ſtimuliſ efferata: primum quidem nudā flagriſ ultime uerberat. dehinc qđ reſ erat: clamātem quoq; q̄ fruſtra pelicatuſ indignatiōe bulliret. fratriſq; nomē ſepiuſ iterantē: uelut mentitam: atq; cūcta fingētē: titione candēti inter media femina detruſo: crudeliſſime necauit.

Tunc acerbe mortiſ exciti nunciiſ frater et marituſ accurrũt: ua/
riiſq; lamentatioĩbuſ defletã puellã tradunt ſepulture: nec iuueniſ
ſororiſ ſue mortẽ tam miſeram: et que mĩme ut par erat illata eſt
e quo tolerare quit aĩmo ſed medullituſ dolore cõmotuſ: acerrĩeq;
biliſ noxio furore perfuſuſ: exin flagrantiſſimiſ febribuſ ardebat:
ut ipſi quoq; iam medela uideretur eſſe neceſſaria. Sed uxor: que
iam pridem nomen uxoriſ cum fide perdiderat: medicum cõuenit
quendam note perfidie: qui iam multarũ palmarũ ſpectatuſ ꝑluſ
magna dextere ſue tropbea numerabat: eiq; protinuſ. l. pro mittit
ſeſtertia: ut ille quidem momentarium uenenũ uenderet: illa autẽ
emeret mariti ſui mortẽ. quo conſpcũ ſimulatᷣ neceſſaria ꝑcordiiſ
leniendiſ: biliq; ſubtrabende: illa pre nobiliſ potio: quam ſacram
doctioreſ nominãt. Sed in eiuſ uice ſubditur alia proſerpine ſacra
ſaluti. Iamq; preſente familia et inde nõnulliſ amiciſ: et affinibuſ:
egroto medicuſ poculum probe temperatũ maũ ſua porrigebat.
Sed audax illa mulier: ut ſimul et conſcium ſceleriſ amoliretur: et
quam deſponderat pecuniam: lucraretur coram detento calice: nõ
priuſ inquit medicorum optime: non priuſ cariſſimo mibi marito
tradeſ iſtam potionẽ: q̃ de ea bonã partẽ bauſeriſ ipſe. Vnde enĩ
ſcio: an noxium in ea lateat uenenũ? que reſ utiq; te tã prudẽtem:
tanq; doctum uirum neq̃q̃ offendit: ſi religioſa uxor circa ſalutẽ
mariti ſollicita: neceſſariã affero pietatẽ: q̃ mira deſpatione trucu/
lente femine: repente perturbatᷣ medicuſ: excuſſuſq; toto conſilio:
et ob anguſtiã tẽporiſ: ſpatio cogitandi ꝑuatuſ: anteq̃ trepidatõe
aliq̃: uel contatiõe ipſa daret male conſcientie ſuſpitionem: indidẽ
de potione guſtant ampliter: quam fidem ſecutuſ adoleſcẽſ etiam
ſumpto calice qđ offerebatᷣ bauſit. Ad iſtũ modũ pñti tranſacto
negotio: medicuſ q̃ celerrime domũ remeabat: ſalutifera potione
peſtem ꝑcedentiſ ueneni feſtinanſ extinguere: nec eũ obſtinatõe
ſacrilega: q̃ ſemel ceperat: truculenta mulier ungue latiuſ a ſe diſ/
cedere paſſa eſt: priuſ q̃ inquit digeſta potione: medicine euentuſ
ꝓbatuſ appareat: ſed egra precibuſ et obſtinationibuſ eiuſ: multũ
ac diu fatigata tandẽ abire conceſſit. Interdum perniciem cecam
totiſ uiſceribuſ furentẽ: medulle penituſ attraxerant: multũ deiq;
ſauciuſ et grauedine ſõnolẽta iã demerſuſ domũ ꝑuadit egerrime
uixq; enarratiſ cunctiſ ad uxorẽ: mãdat ſaltem ꝓmiſſã mercedem
mortiſ geminate depoſceret. Sicq; Eliſuſ uiolenter ſpectatiſſimuſ
medicuſ effudit ſpiritũ: nec ille tamen iuueniſ diutiuſ uitã tenuerat:

ſed íter fictaſ mẽtitaſq; lacbrymaſ uxoriſ: pari caſu mortiſ fuerat
extinctuſ. Iamq; eo ſepulto: paucíſ interiectiſ diebuſ: quiſ feralia
mortuiſ litantur obſequia: uxor medici: precium gemine mortiſ
petenſ aderat. ſed mulier uſq;quaq; ſui ſimiliſ fidei ſupprimẽſ faciẽ:
pretendenſ imaginẽ: blandicule reſpondit: et omnia prolyxe ac/
cumulateq; pollicetᷣ: et ſtatutũ premiũ ſine mora ſe redditurã:
conſtituit: mõ pauxillũ de ea potiõe largiri ſibi uelleret adincepti
negotii perſecutionẽ: qd pluribuſ laqueiſ fraudiũ peſſimarũ: uxor
inducta medici facile cõſenſit: & quo ſe gratiorẽ locupleti femine
faceret: ꝑperiter domo petita: totã ꝓſuſ ueneni pyxidẽ mulieri
tradidit: que grandẽ ſcelerũ nacta materiã: longe lateq; cruentaſ
ſuaſ manuſ porrigit. ¶ Habebat filiam puulã de marito quẽ nup
necauerat. huic infantule: ꝙ legeſ neceſſariam patriſ ſucceſſionem
deferrẽt: ſuſtinebat egerrime. inhianſq; toto filie patrimonio im/
minebat et capiti: ergo certa: defũctoꝝ liberoꝝ matreſ ſceleratas
hereditateſ excipe: talẽ parentẽ prebuit: qualẽ exhibuerat uxorẽ
prandioq; cõmẽto pro tempore: etiã uxorẽ medici ſimul et ſuam
filiam ueneno eodẽ pcutit. Sed paruule quidẽ tenuem ſpiritũ: et
delicata ac tenera precordia conficit ꝓtinuſ uiruſ infeſtũ: at uxor
medici dum noxiiſ ambagibuſ pulmoneſ eiuſ pererrat tempeſtaſ
deteſtabiliſ potioniſ: ꝑmũ ſuſpicata: qđ reſ erat: mox urgente ſpũ:
iam certo certior cõtendit ad ipſã preſidiſ domũ: magnoq; fidem
eiuſ proteſtata clamore. et populi cõcitato tumultu: utpote tam
ímania detectura flagitia: efficit ſtatim ſibi ſimul et domuſ et au/
reſ preſidiſ patefierent. Iamq; ab ipſo exordio: crudeliſſime muli/
eriſ cunctiſ atrocitatibuſ diligenter expoſitiſ: repente mẽtiſ nubilo
turbine correpta ſemi hianteſ adhuc compreſſit labiaſ: et attritu
dentium longo ſtridore reddito: ante ipſoſ preſidiſ pedeſ exaímiſ
corruit: nec ille uir alioquin exercatuſ tã multiforme facinuſ exe/
crate uenefice: dilatione languida paſſuſ marceſcere: confeſtim
cubiculariiſ mulieriſ attractiſ: in tormentoꝝ ueritatem eruit: atq;
illã minuſ qdẽ ꝗ merebatᷣ: ſed qđ dignuſ cruciatuſ aliuſ excogitari
non poterat: certe beſtiiſ obiiciendã pronunciauit. Taliſ mulieriſ
publicituſ matrimonium confarraturuſ ingentiq; angore oppido
ſuſpenſuſ: expectabam diem muneriſ ſepiuſ quidem metu mortem
mihi uolẽſ cõſciſcere: priuſꝗ ſceleroſe mulieriſ cõtagio macularer
uel infamia publici ſpectaculi depudeſcerem. ſed priuatuſ humana
manu: priuatuſ digitiſ: ungula rotũda: atq; mutila: gladiũ ſtrigere

neq̃q̃ poteram plane tenui ſpecula ſolabar cladeſ ultimaſ: qđ uer
in ipſo ortu iã gemmuliſ floridiſ cũcta depĩgeret: et iã purpureo
nitore prata ueſtiret: et cõmodũ dirupto ſpineo tegmine ſpirãteſ
cinameoſ odoreſ ꝓmicarẽt roſe: que me priori meo lucio rederẽt.
Dieſ ecce muneri deſtinatuſ aderat: ad conſeptũ cauee ꝓſequente
populo põpatico fauore deducor: ac dũ ludicriſ ſcenicoꝝ choreiſ:
primitie ſpectaculi dedicant̃. tantiſꝑ ante portã cõſtitutuſ: pabulũ
letiſſimi graminiſ qđ in ipſo germinabat aditu: libẽſ affectabam:
ſubinde curioſoſ oculoſ patẽte porta ſpectaculi: ꝓſpecto gratiſſĩo
reficienſ. nam puelli puelleq; uirenti florenteſ etatula: forma con/
ſpicui: ueſte nitidi: inceſſu geſtuoſi: grecanicã ſaltẽteſ pyrrhicam:
diſpoſitiſ ordinatiõibuſ: decoroſ ambituſ inerrabant: nunc in orbe
rotatũ fluxuoſi: nũc in obliquã ſeriẽ cõnexi: et in q̃dratũ patorẽ
cuneati: et in caterue diſſidium ſeparati. At ubi diſcurſuſ reciproci
multinodeſ ambageſ tube terminaliſ cantuſ explicuit. alueo ſub/
ducto: et complicitiſ ſipariſ ſcena diſponit̃. ¶ Erat monſ ligneuſ
adinſtar incliti mõtiſ illiuſ quẽ uateſ homeruſ ideũ cecinit: ſublimi
inſtructuſ fabrica: cõſituſ uireçtiſ: et uiuiſ arboribuſ: ſũmo cacu/
mine de manibuſ fabri fonte manante fluuialiſ aq̃ſ eliquãſ: capelle
paucule tondebant herbulaſ: et in modũ paridiſ phyrii paſtoriſ
in barbariciſ amiculiſ humeriſ defluẽtibuſ pulchre ĩcluſiatuſ ado/
leſcẽſ aurea tiara cõtecto capite: pecuariũ ſimulabat magiſteriũ.
Adeſt luculentuſ puer nuduſ: niſi ꝙ ephoebica chlamida ſiniſtrum
tegebat humerũ: flauiſ crinibuſ: uſq; q̃q; cõſpicuuſ: et inter comaſ
eiuſ auree pinnule cognatiõe ſimili ſotietate prominebant: quem
caduceũ: et uirgula mercuriũ indicabãt. Iſ ſaltatorie procurrenſ:
malũq; bracteiſ inauratum dextra gerenſ: ei qui pariſ uidebatur
porrigit: que mãdaret iuppiter: nutu ſignificanſ: et ꝓtinuſ graduſ
citule referenſ: e cõſpectu faceſſit. ¶ Inſeq̃t̃ puella uultu honeſta:
indee iunoniſ ſpecie ſimiliſ: nã et caput ſtrĩgebat diadema cãdida:
ferebat et ſceptrũ. ¶ Irrupit alia: quã putareſ Mineruam: caput
contecta fulgenti galea: et oleaginea corona tegebat̃ ipſa galea:
clipeũ attollenſ: et haſtã quatienſ: et q̃liſ illa cũ pugnat. ¶ Super
haſ introceſſit alia uiſendo decore ꝑpollẽſ. gratia coloriſ ambroſei
deſignanſ uenerẽ: q̃liſ fuit uenuſ: cum fuit uirgo: nudo et intecto
corpe: ꝑfectã formoſitatem profeſſa: niſi ꝙ tenui pallio bõbicino
inumbrabat ſpectabilẽ pubẽ: quã quidẽ laciuiã curioſuluſ uentuſ
ſatiſ amãter: nũc laſciuiẽſ reflabat: ut dimota: pateret floſ etatule:

nū c luxuriā aſpirabat ut adherenſ p̄ſſule: membroꝝ uoluptatem
graphice laciniaret. Ipſe autē color dee diuiſuſ in ſpeciem: corpuſ
candidum: qđ celo demeat: amictuſ ceruluſ: qđ mari remeat. Iam
ſingulaſ uirgineſ que dee putabant̄ ſui obibāt comiteſ. ¶ Iunonē
quidē Caſtor et Pollux: quorū capita: caſſideſ orbate: ſtellarum
apicibuſ inſigneſ cōtegebāt. Sed et iſti caſtoreſ erant ſcenici pueri.
hec puella uarioſ moduloſ laſciua concinēte tibia ꝓcedenſ: quieta
et inaffectata geſticulatione: nutibuſ honeſtiſ paſtori pollicetur:
ſi ſibi p̄mium decoriſ addixiſſet. ſeſe regnū totiuſ aſie tributuram.
¶ At illā quā cultuſ armoꝝ Mineruā fecerat duo pueri muniebāt.
preliariſ dee comiteſ armigeri: terror et metuſ: nudiſ inſultāteſ gla/
diſ. At pone tergū tibicen hormū canebat bellicoſū: et ꝑmiſcenſ
bombiſ grauibuſ tinnituſ acutoſ: in modum tube: ſaltationiſ agiliſ
uigorē ſuſcitabat. Hec inquieto capite: et oculiſ ī aſpectū mina/
cibuſ: citato et intorto genere geſticulatione alacri demōſtrabat
Paridi ſi ſibi forme uictoriam tradidiſſet: fortē tropheiſq; belloꝝ
inclitū: ſuiſ amminiculiſ futuꝝ. ¶ Venuſ ecce: cum magno fauore
caueę ī ip̄o meditullio ſcene circūfuſo populo: letiſſimoꝝ ꝑuuloꝝ
dulce ſubridēſ: cōſtitit amene: illoſ tereteſ et lacteoſ puelloſ dicereſ
tu cupidineſ ueroſ de celo uel mari commodum inuolaſſe. Nam et
pinnuliſ: et ſagittuliſ et habitu cetero forme preclare cōgruebāt:
et uelut nuptialiſ epulaſ obiture dn̄e: choruſciſ p̄lucebant facibuſ:
et influunt innuptarū puellarū decore ſoboleſ. Hinc gratie gra/
tiſſime: inde hore pulcherrime: que iaculiſ floriſ ſerti et ſoluti deam
ſuā propitianteſ ſcitiſſimū conſtruxerūt: chorū: dn̄e uoluptatū:
ueriſ coma blādienteſ. Iā tibie multiforabileſ cantuſ: lydioſ dulci/
ter conſonant: quibuſ ſpectatorū pectora ſuaue mulcētibuſ: lōge
ſuauior uenuſ placide cōmoueri: cūctātiq; lēte ueſtigio: et leuiter
fluctuāteſ pinulaſ: et ſenſim ānutāte capite cepit īcedere: molliq;
tibiaꝝ ſono delicatiſ reſpōdere geſtibuſ. et nūc mite coniuētibuſ:
nunc acre cōminantibuſ: geſtire pupuliſ: et nonnunq̄ ſaltare ſoliſ
oculiſ. Hec ut p̄mū ante iudiciſ cōſpectū facta eſt: uiſu brachioꝝ
polliceri uidebat̄: ſi fuiſſet deabuſ ceteriſ ātelata: daturā ſe nuptā
Paridi forma ꝑcipuā: ſuiq; cōſimilē. tūc animo uolenti Phrygiuſ
iuueniſ: malū qđ tenebat aureum uelut uictorie calculum: puelle
tradidit? quid ergo miramī uiliſſima capita: immo forēſia pecora:
immo uero togati uulturii: ſi toti nunc iudiceſ ſententiaſ ſuaſ ꝑcio
nundinant̄: cū rerū exordio: inter deū et hoīeſ agitatū iudiciū:

corruperit gratia: et originalem ſentẽtiam magni Iouiſ conſiliiſ: electuſ iudex: ruſticanuſ et opilio lucro libidiniſ uendiderit: cum totiuſ etiã ſue ſtirpiſ exitio. ¶ Sic Herculeſ et aliud ſequẽſ iudiciũ inter íclitoſ achiuoꝝ duceſ celebratũ: uel cũ falſiſ inſimulatóibuſ: eruditione doctrinaq; prepollenſ: palamedeſ: proditóiſ damnat᷑. uirtute marcia ꝓpotenti ꝓfert᷑ Vlyxeſ modicuſ Aiaci maximo.

Quale autẽ et illud iudiciũ apud legiferoſ athenienſeſ et catoſ illoſ et omniſ ſcientie magiſtroſ? Nonne diuine prudentie ſenex: quem ſapientia pretulit cunctiſ mortalibuſ deuſ delficuſ: fraude & inuidia nequiſſime factioniſ circũuentuſ: uelut corruptor adoleſ/cẽtie: quã freniſ coercebat: herbe peſtilentiſ ſuco noxio ꝑemptuſ eſt? relinquenſ ciuibuſ ignominie ꝑpetue maculã? Cum nunc etiã egregii philoſophi ſectã eiuſ ſanctiſſimam preoptent: et ſummo beatitudiniſ ſtudio iurent in ipſiuſ nomen. ſed ne qſ indignationiſ mee reprehendat impetũ: ſecum ſic reputanſ: ecce nunc patiemur philoſophantẽ nobiſ aſinũ: rurſuſ un᷑ diſceſſi reuertar ad fabulã. ¶ Poſtq̃ finitũ ẽ illud Paridiſ iudiciũ. Iuno quidẽ cũ Minerua triſteſ et iratiſ ſimileſ ſcena redeunt indignationẽ repulſe geſtibuſ profeſſe. Venuſ uero gaudenſ et hylariſ leticiã ſaltando toto cum choro profeſſa eſt. Tunc de ſummo montiſ cacumine ꝑ quãdam latentẽ fiſtulam inexcelſum prorũpit uino croco diluta: ſparſimq; defluenſ paſcẽtiſ circa capellaſ odoro perpluit hymbre. donec in meliorẽ maculate ſpeciẽ caniciẽ propriam luteo colore mutarent. Iamq; tota ſuaue flagrante cauea: mõtẽ illũ ligneũ terre uorago decepit. Ecce qdã mileſ per mediã plateã dirigit curſũ petituruſ: populo iam poſtulante: illã de publico carcere mulierẽ. quã dixi: ꝓpter multiforme ſceluſ beſtiiſ eſſe damnatã: meiſq; ꝑclariſ nuptiiſ deſtinatã: et toruſ genialiſ ſcilicet noſter futuruſ accuratiſſime diſ/cernebat᷑. lectuſ índica teſtudíe ꝑlucidus plumea cõgerie tumiduſ ueſte ſerica floriduſ. At ego preter pudorẽ obeũdi publice cõcu/bituſ: preter contagiũ ſceleſte polluteq; femine. metu etiã mortiſ cruciabar maxime. Sic ipſe mecũ reputanſ: ꝙ in ãplexu uenereo: ſcilicet nobiſ coherentibuſ quecũq; ad exitiũ mulieriſ beſtia fuiſſet immiſſa. nõ adeo: uel prudentia ſollerſ: uel artificio docta: uel ab/ſtinentia frugi. poſſet ꝓuenire. ut adiacẽtem lateri meo laceraret mulierẽ: mihi uero quaſi indẽpnato et innoxio ꝑceret. Ergo igit᷑ nõ de pudore iam: ſed de ſalute ipſa ſollicituſ: dum magiſter meuſ lectulo ꝓbe coaptãdo deſtrictuſ inſeruit: et tota familia partim

miſterio uenatóiſ occupata:ptí uoluptario ſpectaculo attonita meiſ cogitationibuſ liberũ tribuebať arbitriũ:nec magnope qſq̃ cuſtodiendũ tam mãſuetũ putabat aſinũ:paulatim furtiuũ pedẽ ꝓferenſ porta que ꝓxia ẽ:potituſ:iã curſu me celerrimo ꝓripio. Sexq; totiſ paſſuũ milibuſ ꝓniciter confectiſ:cenchreaſ peruado qđ oppidũ audit quidẽ nobiliſſime colonie corinthienſiũ:adluitur aũt egeo et ſardonico mari ubi portuſ etiã:tutiſſimũ nauiũ recep/taculũ magno frequentať populo. Vitatiſ ergo turbulſ & electo ſecreto littore:ꝑpe ipſaſ fluctuũ aſpergineſ in quodã molliſſimo arene gremio laſſũ corpuſ porrectuſ refoueo. Nã et ultimã diei metã:curriculũ ſoliſ deflexerat:et ueſꝑtine me qeti traditũ dulciſ ſomnuſ oppreſſit.

Circa ꝑmã ferme noctiſ uigiliã exprectuſ pauore ſubito:uideo ꝑmicantiſ lune candore nimio cõ/pletum orbem:commodum marinis emergentẽ fluctibuſ. nactuſq; opace noctiſ ſilẽtioſa ſecreta certuſ etiã ſũmatẽ deã ꝑcipua maieſtate pollere. reſq; ꝓrſuſ humanaſ:ipſiuſ regi ꝓuidẽtia. nec tm̃ pecuina et ferina uerum iã iam etiã diuino eiuſ luminiſ numiniſq; nutu uegetari. Ipa etiã corpa terra:celo:mariq; nunc incrementiſ conſequẽter augeri:nũc decrementiſ obſequẽter imminui.fato ſcilicet iam meiſ tot tãtiſq; cladibuſ ſatiato:et ſpecie ſalutiſ licet tardam ſubminiſtrante:auguſtũ ſpecimen dee preſẽtiſ ſtatui depcari.cõfeſtimq; diſcuſſa pigra qete:alacer exurgo:meq; ꝓtinuſ purificandi ſtudio:marino lauacro trado.ſeptieſq; ſũmerſo fluctibuſ capite:qđ eũ numerũ precipue religionibuſ aptiſſimum: diuinuſ ille Pythagoraſ ꝓdidit:letuſ et alacer deam ꝑpotentem: lacbrymoſo uultu ſic apprecabar. Regina celi:ſiue tu cereſ alma frugũ pareſ originaliſ:que reptu letata filie:uetuſte glãdiſ ferino remoto pabulo miti cõmõſtrato cibo:nũc eleuſiniã glebã pcoliſ: ſeu tu celeſtiſ Venuſ:que ꝑmiſ rerũ exordiſ:ſexuũ diuerſitatem: generato amore ſociaſti:et eterna ſobole hũano genere ꝓpagato nunc circũfluo Paphi ſacrario coleriſ:ſeu Phebi ſoror:que partu ferarum medeliſ lenienentibuſ recreato populoſ tantoſ educaſti: preclariſq; nũc ueneraris delubriſ ephesi:ſeu nocturniſ ululatibuſ horrẽda Proſerpina:triformi facie laruaſeſ ĩpetuſ cõpmẽſ.terreq; clauſtra cohibenſ lucoſ diuerſoſ inerranſ:uario cultu propitiariſ:

iſta luce femine a cõluſtranſ cũcta mẽia: & nudiſ ignibuſ nutriẽſ
leta ſemina: et ſoliſ ambagibuſ diſpẽſaſ incerta lumina: quoquo
nomine: quoquo ritu: q̃q; facie: te faſ eſt inuocare: tu meiſ iã nũc
extremiſ erumniſ ſubſiſte: tu fortunã conlapſam affirma: tu ſeuiſ
exanclatiſ caſibuſ: pauſam pacemq; tribue ſit ſatiſ laborũ. ſit ſatiſ
piculorũ. depelle quadrupediſ diram faciem: redde me cõſpectui
meoꝝ: redde me meo Lucio. Ac ſi qđ offenſũ numen inexorabili
me ſeuicia premit: mori ſaltem liceat: ſi non licet uiuere. ¶ Ad iſtũ
modũ fuſiſ precibuſ: et adſtructiſ lamẽtatõibuſ: rurſuſ mihi mar/
centẽ aĩmũ: in eodẽ illo cubili ſopor circũfuſuſ oppſſit: necdum
ſatiſ cõpſeram: et ecce pelago medio: uenerandoſ diiſ etiã uultuſ:
attollenſ emergit diuina facieſ. At dehinc paulatim toto corpore
plucidũ ſimulacrũ excuſſo pelago ante me conſtitiſſe uiſũ eſt. eiuſ
mirandã ſpeciẽ. ad uoſ etiam referre connitar. ſi tñ mihi differẽdi
tribuerit facultatẽ: paupertaſ oriſ humani: uel ipſum numen eiuſ:
dapſilem copiã eloquutiliſ facũdie ſubminiſtrauerit. ¶ Iã primũ
crineſ uberrimi prolyxiq; et ſenſim intorti p diuina colla paſſiue
diſpſi: molliter defluebãt. corõa multiformiſ: uariiſ floribuſ ſubli/
mẽ diſtrixerat uerticẽ. cuiuſ media qdẽ: ſup frõtẽ planã rotũditaſ
in modũ ſpeculi: uel immo argumẽtũ lune cãdidũ lumẽ emicabat
dextra leuaq; ſulciſ inſurgẽtiũ uiparet cohibita. ſpiciſ etiã cereali/
abuſ deſup porrectiſ: multicolor byſſo tenui pertexta: nunc albo
cãdore lucida. Nũc croceo flore lutea: nũc roſeo rubore flãmida:
et que lõge longeq; etiã meũ cõfutabat obtutũ: palla nigerrima:
ſplendeſcenſ atro nitore que circuncirca remeanſ: et ſub dextrum
latuſ ad humerũ leuũ recurrenſ. umboniſ uicẽ deiecta pte lacinie
multiplici cõtabulatõe dependula. Ad ultimaſ horaſ: noduliſ fim/
briarũ decoriter cõfluctuabat p intectã extremitatem. et in ipſa
eiuſ planicie ſtelle diſpſe coruſcabant. earũq; media ſemeſtriſ luna
flammeoſ ſpirabat igneſ. q̃q̃ tñ inſigniſ illiuſ palle pfluebat ãbituſ
indiuiduo nexu corona: totiſ floribuſ: totiſq; conſtructa pomiſ:
adherebat iã geſtamina: lõge diuerſa: nam dextra qdem ferebat
ereũ crepitaculũ: cuiuſ p ãguſtã laminã ĩ modũ baltei recuruatã:
traiecte medie pauce ungule criſpãte brachio: trigeminoſ iactuſ
reddebãt argutũ ſonũ. leue uero cymbiũ depẽdebat aureũ: cuiuſ
anſule: q̃ pte cõſpicua ẽ. inſurgebat aſpiſ: caput extollẽſ arduum.
ceruicibuſ late tumeſcẽtibuſ. pedeſ ambroſioſ tegebãt ſolee: palme
uictriciſ foliiſ intexte. Taliſ ac tãta ſpiranſ arabie felicia germina

diuina me uoce dignata eſt. ¶ En adſum tuiſ cómota luci p̃cibuſ rerũ natura parẽſ: elemẽtoꝝ oĩm dña: ſeculoꝝ progenieſ initialiſ: ſumma numinũ: regina maniũ: p̄ma celitũ deorum. dearũq; facieſ uniformiſ: que celi luminoſa culmĩa: mariſ ſalubria flamina: infeꝝ deplorata ſilentia: nutibuſ meiſ diſpenſo: cuiuſ numen unicũ: mul/tiformi ſpecie: ritu uario: nomine multiiugo: totuſ ueneratᷓ orbiſ. Inde primigenii phrygeſ peſſimunticã nominant dñi matrẽ. hinc autochthoneſ attici cecropeiã Mineruã: illinc fluctuanteſ: cyprii paphiã uenerẽ: creteſ ſagitti feri dictinã dianam: ſiculi trilingueſ: ſtigiã ꝓſerpinã. eleuſini uetuſtam deã Cererẽ. Iunonem alii. Alii Bellonã. Alii Hecaten. Rhamnuſiam alii: et qui naſcẽtiſ dei ſoliſ inchoantibuſ illuſtrantur radiiſ ethiopeſ: Ariq; Priſcaq; doctrina pollenteſ egitii: cerimoniiſ me ꝓp̄iſ p̱colenteſ: appellant uero noĩe reginã Iſidẽ. Adſum tuoſ miſerata caſuſ: adſũ fauenſ et propitia: mitte iã fletuſ. et lamẽtationeſ omitte. depelle merorem. Iam tibi ꝓuidẽtia mea. illuceſſit dieſ ſalutariſ. Ergo igitᷓ imperiiſ iſtiſ meiſ aĩmũ intẽde ſollicitũ diẽ: q dieſ ex iſta nocte naſcetᷓ: eterna mihi nuncupauit religio: quo ſedatiſ hyberniſ tempeſtatibuſ: et lenitiſ mariſ procelloſiſ fluctibuſ: nauigabili iã pelago rudẽ dedicanteſ carinã: p̄miciaſ commeatuſ libant mei ſacerdoteſ. Id ſacrũ: nec ſollicita nec prophana mente debebiſ opperiri. nam meo monitu ſacerdoſ in ipſo ꝓcinctu põpe roſeã mãu dextra: ſiſtro coherentẽ geſtabit coronã: incontãter ergo dimotiſ tᷓbuliſ: alacer cõtinuare põpã meã: uolentia fretuſ: et de ꝓximo clementer: uelut manum ſacerdotiſ oſculabũduſ roſiſ decerptiſ: peſſime: mihiq; deteſtabiliſ iã dudũ belue iſtiuſ corio te ꝓtinuſ exuo: nec quicq̃ rerũ mearũ reformideſ: ut arduũ. nã hoc eodẽ momẽto: quo tibi uenio: ſimul et tibi preſenſ: que ſunt cõſequẽtia ſacerdoti meo p̱ qetẽ facienda p̃cipio: meo iuſſu tibi cõſtricti comitatuſ decedẽt populi: nec ĩter hylareſ cerimoniaſ: et feſtiua ſpectacula: quiſq̃ deformẽ iſtã quã geriſ: faciẽ p̱horreſcet: uel figuram tuam repẽte mutatã ſequiuſ interp̃tatuſ aliqſ maligne criminabitᷓ. Plane memineriſ: et penita mẽte cõditũ ſp̱ tenebiſ: mihi reliq̃ uite tue curricula: aduſq; termi/noſ ultimi ſpirituſ uadata: nec iniurium: cuiuſ beneficio redieriſ ad homineſ: ei totũ debere: ꝗ uiueſ. Viuere aũt beatuſ: uiueſ in mea tutela glorioſuſ. et cũ ſpatiũ ſeculi tui p̱menſuſ: ad ĩferoſ demeariſ ibi quoq; in ipſo ſubterraneo ſemirotũdo: me quã uideſ acherõtiſ tenebriſ interlucẽtẽ: ſtygiiſq; penetralibuſ regnãtẽ: cãpoſ elyſioſ

incolēſ ipſe: tibi ꝓpiciā frequenſ adorabiſ. qđ ſi ſeduliſ obſequiiſ et
religioſiſ miſteriiſ: et tenacibuſ caſtimoniiſ. numē noſtꝝ ꝓmerue/
riſ: ſcieſ ultra ſtatuta fato tuo ſpatia: uitā quoq; tibi ꝓrogare mihi
tm̄ licere. Sic oraculi uenerabiliſ fine ꝓlato. numē inuictum inſe
receſſit. nec mora cū ſomno ꝓtinuſ abſolutuſ pauore et gaudio. ac
dein ſudore nimio ꝓmixtuſ exurgo: ſūmeq; miratuſ dee potētiſ tā
claram pn̄tiam marino rore reſpſuſ: magniſq; impiiſ eiuſ intentuſ:
monitōiſ eiuſ ordinē recolebā. Nec mora: cum noctiſ atre fugato
nubilo: ſol exurgit aureuſ: et ecce diſcurſu religioſo. ac ꝓrſuſ triū/
phali: turbule complēt totaſ plateaſ tantaq; hylaritudine preter
peculiarē meā geſtire mihi cūcta uidebāt: ut pecua etiā huiuſce/
modi et totaſ domoſ: et ipm̄ diē ſerena facie gaudere ſentirē. Nā
et pruinā ṗdianā: dieſ apcuſ ac placiduſ repente fuerat inſecutuſ: ut
canore etiā auicule: ꝓlectāte uerno uapore concētuſ ſuaueſ ad/
ſonarēt: matrē ſiderū: parentē tēpoꝝ: orbiſq; totiuſ dnām: blādo
mulcēteſ affamīe: qd qđ arboreſ: etiā que pomifera ſobole fecūde
queq; eaꝝ tm̄ ūbra cōtēte: ſterileſ auſterniſ laxate flatibuſ: germīe
folioꝝ renidēteſ: demēti motu brachioꝝ dulceſ ſtrepituſ obſibila/
bant: magnoq; ꝓcellaꝝ ſedato fragore: ac t̄bido fluctuū tumore
poſito: mare qetaſ alluuieſ tempabat. Celū autē nubiloſa caligine
diſiecta: nudo ſudoq; luminiſ ꝓp̄ii ſplēdore cādebat: ecce pompe
magne paulatī: p̄cedūt anludia: uocibuſ cuiuſq; ſtudiiſ exornata
pulcherrime. hic incīctuſ balteo militē gerebat: illū ſuccintū chla/
myde crepideſ et uenabula uēatorē fecerāt. Aliuſ ſocciſ obauratiſ:
indutuſ ſerica ueſte: mundoq; precioſo: et adtextiſ capite crinibuſ:
inceſſu pfluo feminā mētiebat. Porro aliū ocreiſ ſcuto galea fer/
roq; inſignē: e ludo putareſ gladiatorio ꝓcedere. nec ille deerat: q
magiſtratū faſcibuſ purpuraq; luderet. Nec q pallio baculoq; et
baxeiſ et hircino barbicio philoſophū fingeret. Nec qui diuerſiſ
arūdinibuſ. Alter aucupē cū fiſco: alter piſcatorē cū hamo indu/
ceret. Vidi et urſam manſuē: cultu matrōali ſella uehebat. et ſimiā
pilleo textili: crocotiſq; phrygiiſ catamiti paſtoriſ ſpecie: aureū
geſtantē poculū: et aſinū pinniſ adglutinatiſ: adambulātē cuidā
ſeni debili: ut illū qdē Bellerophōtē. hūc aūt diceres Pegaſū. tamē
rideres utrūq;. Inter haſ oblectatōeſ ludicraſ populariū que paſſī
uagabant. Iā ſoſpitatriciſ dee: peculiariſ pōpa moliebat. Mulieres
cādido ſplendēteſ amicimine uario letāteſ geſtamīe: uerno florē/
teſ coronamine: que de gremio puiā: q̄ ſacer īcedebat comitatuſ:

ſolum ſternebant floſculiſ. Alieq; nitentibuſ ſpeculiſ pone tergum
reuerſiſ: uenienti dee obuiū cōmōſtrarēt obſeqū. Et que pectineſ
eburneoſ ferētes: geſtu brachioꝝ: flexuq; digitorum. ornatū atq;
obpexū crinīū regaliū fingerēt. ille etiam que ceteriſ unguētiſ: et
geīali balſamo guttatī excuſſo cōſpgebāt plateaſ. magnuſ ꝑterea
ſexuſ utriuſq; nūeruſ. lucerniſ. tediſ cereiſ. et alio genere ficti lumīſ
ſydeꝝ celeſtiū ſtirpē ꝓpiciantes ſymphonie: dehinc ſuaueſ fiſtule:
tibieq; moduliſ dulciſſimiſ ꝑſonabāt: eaſ amenuſ lectiſſie iuuētutiſ
ueſte niuea et cataclīſta ꝑnitēſ ſequebat᷑ choruſ. carmē uenuſtum
iterantes: qđ camenarū fauore ſollerſ poeta modulatuſ edixerat
qđ argumētū referebat. Interī maioꝝ āncantamēta uotoꝝ. Ibāt
et dicati magno ſerapi tibicineſ: qui ꝑ obliquū calamū ad aurem
porrectū dextram: familiarē tēpli deiq; modulū frequētabāt: et
pleriq; q facilē ſacriſ uiā dari ꝑdicarēt. Tunc influunt turbe ſacriſ
diuiniſ iniciate: uiri feīneq; oīſ dignitatiſ et oīſ etatiſ lintee ueſtiſ
candore puro luminoſi. Ille lympido tegmine crineſ madidoſ ob/
uolute. hi capillū deraſi funditus: uerticē ꝑnitētes: magne religiōiſ
terrena ſydera: ereiſ et argēteiſ īmo uero aureiſ etiā ſiſtriſ argutū
tinnicū cōſtrepētes. et antiſtiteſ ſacroꝝ ꝓcereſ illi: q cādido lintea/
mīe cinctū pectoralē aduſq; ueſtigia ſtrictim iniecti: potētiſſioꝝ
dn̄i ꝓferebāt īſigniſ exuuiaſ. ¶ Quoꝝ ꝑmuſ lucernā claro ꝑmicātē
porrigebat lumine nō adeo noſtriſ illiſ cōſimilē: que ueſpertinaſ
illuminant epulaſ: ſed aureū cymbiū in medio ſui pectore flāmulā
ſuſcitāſ largiorē. Secūduſ ueſtituſ qdē ſimiliſ: ſed manibuſ ābabuſ
gerebat altaria: idē auxilia: qbuſ nomē dedit ꝓpū: dee ſummatiſ
auxiliariſ ꝓuidētia. Ibat tertiuſ attollēſ palmam: auro: ſubtiliter
foliatā: necnon mercurialē etiā caduceū. q̈rtuſ eqtatiſ oſtendebat
indiciū: deformatā manū ſiniſtram: porrecta palmula: que genu/
ina pigritia: nulla calliditate. nulla ſollertia ꝑdita: uidebat᷑ eqtati
magiſ aptior q̄ dextra. Idem gerebat & aureū uaſculū in modum
papille rotūdatū: de quo lacte libabat. Quintuſ aureā uannum
aureiſ cōgeſtā ramuliſ: et aliuſ ferebat amphoram. Nec mora cum
dei dignati pedibuſ humaniſ īcedere ꝓdeūt hic horrēdū: ille ſupū
cōmeator et infeꝝ: nūc atra: nunc aurea facie ſublimiſ: attollenſ
caniſ ceruiceſ arduaſ anubiſ. leua caduceū gerēſ dextra palmam
uirētē q̈tiēſ: cuiuſ ueſtigiū cōtinuū ſequebat᷑. hoſ inerectū leuata
ſtatū boſ om̄ia parētiſ dee fecūdū ſimulacrū: qđ reſidēſ humeriſ
ſuiſ proferebat unuſ e miſterio beato greſſu geſtuoſo: ferebat᷑ ab

alio ciſta ſecretoꝝ capax: penitus celāſ opta magnifice religionis.
gerebat alius felici ſuo gremio ſūmi ſui numiſ uenerandā effigiē:
nō pecoriſ. nō auiſ. nō fere. ac ne hoīſ qdē ipſius conſimilē: ſed ſol/
lerti reptū etiā ipſa nouitate: reuerēdā altioris utcūq; et magno
ſilentio tegente religiōis argumētū ineffabile. ſed ad iſtum plane
modū fulgēte auro figuratum. Vrnula faberrime cauata fundo
q̄ rotūdo miris extriſecus ſimulacris egyptiorū effigiata. eius ori/
ficium nō altiuſcule leuatū: in canalem porrectum: longo riuulo
ꝓminebat. Ex alia pte uero: multū recedēs: ſpatōſa dilatōe adhe/
rebat anſa: quā cōtorto nodulo ſupſedebat aſpis ſquamee ceruicis
ſtricto tumore ſublimis: et ecce pn̄tiſſimi numinis promiſſa nobis
accedūt: benefitia: et fata. ſalutēq; ipſā meā gerēs ſacerdos appro/
pinq̄t ad ipm p̄ſcriptū diuine promiſſiōis ornatū. dextra ꝓferens
ſiſtrū dee coronā. mihi etiā Hercules coronā cōſequēt. qd̄ tot ac
tantis exanclatis laboribus: tot emerſis picul̄is dee maxīe ꝓuidētia
adluctantē mihi ſeuiſſimā fortunā ſuparē: nec tn̄ gaudio ſubita/
rio cōmotus inclemēti me curſu ꝓripui: uerens ſcilicet ne repētino
q̄drupedis īpetu religiōis qetus t̄baret ordo: ſed placido ac ꝓrſus
humano gradu cōtabūdus paulatim obliq̄to corpe ſane diuinitus
decedēte populo. ſenſim inrepo. At ſacerdos ut re abſe cognoſcere
potui: nocturnicō moneſcūs oraculi: miratuſq; cōgruētiā mādati
muneris cōfeſti reſtitit. et ultro porrecta dextra ob os ipm meū
coronā exhibuit. Tūc ego trepidans aſſiduo pulſu micāti corde:
coronā que roſis amenis intexta fulgurabat auido ore ſuſceptam:
cupidus cupidiſſime deuoraui. nec me fefellit celeſte promiſſum.
Protinus mihi delabit̄ deformis et ferina facies: ac primo qdē ſq̄/
lens pilus defluit. ac dehīc cutis craſſa tenuat̄: uēter obeſus reſidet.
pedū plāte p ungulas in digitos exeūt. manus nō iā pedes ſūt: ſed
in erecta porrigūt̄ officia. ceruix ꝓcera cohibet̄. os et caput: ro/
tūdat̄ aures enormes repetūt puitatē p̄ſtinā. dētes ſaxei redeūt ad
humanā minutiē: et que me potiſſimū cruciabat ante cauda: nuſq̄
cōparuit: populi mirant̄: religioſi uenerant̄: tā euidētem maximi
numinis potētiā: et cōſimilē nocturnis imaginibus magnificētiā: et
facilitatē reformatōis. claraq; et cōſōa uoce celo manus attēdētes
teſtant̄ tā illuſtre dee beneficium. At ego ſtupore nimio defixus.
tacitus herebā. animo meo tā repentinū: tāq; magnū non capiēte
gaudiū: qd potiſſimū p̄farer ꝑmariū? unde noue uocis exordium
caperē? quo ſermonē nūc renata lingua felicius auſpicarer: quibus

q̄tisq; uerbis ſtāte dee gratias agerē. ¶ Sed ſacerdos utcūq; diuino monitu cognitis ab origine cūctis cladibus meis. q̄q̄ et ipe inſigni pmotus miraculo: nutu ſignificato: p̄us p̄cipit tegendo mihi linteā dari laciniā. Nā me cū p̄mū nefādo tegmine deſpoliauerat aſinus: cōpenſus in altū feminibus et ſuperſtrictus accurate manibus quātū nudo licebat: uelam̄to me naturali ,pbe muniuerā. Tūc e cohorte religiōis unus impigre ſupiorē exutus tunicā. ſuptexit me celerrīe quo facto ſacerdos uultu geniali. et hercules phūano: in aſpectū meū attonitus ſic affat. ¶ Multis et uariis exanclatis laboribus. magniſq; fortune tēpeſtatibus: et maximis actus ,pcellis ad portū q̄etis et aram miſericordie: luci tandē uenisti nec tibi natales. ac ne dignitas qdem: uel ipa q̄ flores uſq̄ doctrina ,pfuit. ſed lubrico ui/rentis etatule ad ſeruiles delapſus uoluptates: curioſitatis inproſpe ſiniſtꝝ p̄miū reportaſti. Sed utcūq; fortune cecitas: dū te peſſimis piculis diſcruciat ad religioſā iſtā beatitudinē: improuida ,pduxit malicia. Eat nūc: et ſūmo furore ſeuiat. et crudelitati ſue materiā q̄rat aliā. Nā ī eos quoꝝ ſibi uitas: ſeruitiū: dee noſtre maieſtas uindicauit: nō habet locū caſus infeſtus. qd latrones. qd fere. quid ſeruiciū. qd aſperimoꝝ itineꝝ ābages reciproce. qd metus mortis quotidiane nefarie fortune ,pfuit. In tutelā iā receptus es fortūe ſed uidētis: que ſue lucis ſplēdore: ceteros etiā deos illuminat. ſume iā uultū letōrē: cādido iſto habitu tuo cōgruētē. comitare pōpā dee ſoſpitatricis ī nouāti gradu: uideāt irreligioſi: uideāt et errorē ſuū recognoſcāt. En ecce priſtinis erumnis abſolutus: Iſidis magne prudētia. gaudēs Lucius de ſua fortuna triūphat: quo tn̄ tutior ſis atq; munitior: da nomē huic ſancte milicie: cuius nō olī ſacram̄to etiā rogabaris. teq; iā nūc obſeqo religionis noſtre dedica. et mi/niſterii iugū ſubi uolūtariū. Nā cū ceperis dee ſeruire. tunc magis ſenties fructū tue libertatis. Ad iſtū modum uaticinatus ſacerdos egregius. fatigatos anhelitus trahēs conticuit. Exin pmixtus ag/mini religioſo ,pcedēs comitabar ſacrarium tote ciuitati notus: ac cōſpicuus: digitis hominū nutibuſq; notabilis. omnes in me populi fabulabāt: huc oīpotētis hodie dee numē auguſtū reforāuit ad hoiē ſ. felix hercules. et tibi beatus: q uite ſcilicet p̄cedentis īnocē/tia: fideq; meruerit: tam preclarum de celo patro ciniū. ut renatus quodāmō ſtatī ſacroꝝ obſeqo deſpōderet. Inter hec: et feſtorum uotorū tumultū paulatī pgreſſi: iā ripā maris ,pximamus. atq; ad ipſū illū locū: quo p̄die meus ſtabulauerat aſinus: peruenimus. Ibidē

ſiũlacriſ rite diſpoſitiſ: nauẽ faberrĩe fcãm: picturiſ miriſ egyptioꝝ
circũſeptuſ uarie grecã: ſũmuſ ſacerdoſ teda lucida: et ouo: et ſul/
fure ſollẽniſſiãſ p̃ceſ de caſto p̃fatuſ ore: q̃ puriſſime purificatã: dee
nuncupauit: dedicauitq; huiuſ aluei feliciſ nitenſ carbaſuſ littere:
uotũ ingeſtãſ ꝓgerebat. ecce littere uotum inſtaurabant de noui
cõmeatuſ ꝓſpa nauigatõe. Iã maluſ inſurgit. Pinuſ rotũda ſplẽ/
dore ſublimiſ ĩſigniſ carcheſio cõſpicua. et puppiſ intorta cheniſco:
bratteiſ aureiſ ueſtita fulgurabat. oĩſq; ꝓrſuſ carina citro lympido
perpolita florebat. Tunc cũcti populi tam religioſi: q̃ prophani
uãnoſ onuſtaſ aromatiſ & huiuſcemodi ſuppliciiſ certatĩ cõgerũt.
et inſup fluctuſ libãt intritũ lacte confectum. donec muneribuſ
largiſ: et deuotiõibuſ fauſtiſ cõpleta nauiſ. abſoluta ſtrophiſ an/
choralibuſ: peculiari ſerenoq; flatu pelago redderetur: que poſtq̃
curſuſ ſpatõ: ꝓſpectũ ſui nobiſ ĩcertat. ſacrorũ geruli. ſũptiſ rurſũ
que qſq; detulerant alacreſ ad Phanũ: reditũ capeſſunt: ſimili ritu
põpe decori. At cũ ad ĩpm iã templũ ꝑueĩmuſ: ſacerdoſ maximuſ:
qq; diuinaſ effigieſ ꝓgerebãt: et q̃ uenerandiſ penetralibuſ p̃dem
fuerant initiati: intra cubiculũ dee recepti: diſponũt rite ſimulacra
ſpirãtia. Tũc ex hiſ unuſ quẽ cũcti gramateã dicebãt. ꝓ foribuſ
aſſiſtẽſ: cetu paſtophoꝝ: qđ ſacroſãcti collegii nomẽ ẽ. uelut in
cõtionẽ uocato: indidẽ de ſublimi ſuggeſtu: de libro: de lrĩſ fauſta
uota p̃pbatuſ p̃ncipi magno. ſenatuiq; et eqti: totoq; romão po/
pulo nauticiſ nauibuſ. queq; ſub ĩpio mũdi nrãtiſ regũt: renũtiat
ſermõe rituq; gratiẽſi ita λαοῖσ ἄφεσισ ~~populiſ~~ miſſiſ. Quã uocẽ
feliciter cũctiſ eueĩre ſignauit populi clãor inſecutuſ: ex ingaudio
delibuti populareſ: taloſ uerbenaſ corollaſ ferẽteſ. exoſculatiſ ueſ/
tigiiſ dee. que gradibuſ herebat argẽto formata. Ad ſuoſ diſcedũt
lareſ. nec tñ ſinebat me aĩmuſ ũgue latiuſ ĩdidẽ digredi. ſed ĩtẽtuſ
dee ſpecimẽ p̃ſtinoſ caſuſ meoſ recordabar. nec tñ fama uolucriſ
pigra pinnarũ tarditate ceſſauerat: ſed ꝓtinuſ ĩpatria: dee ꝓuidẽtiſ
adorabile beneficiũ: meãq; ipſiuſ fortunã meõrabilẽ narrauerat:
paſſim cõfeſtĩ deniq; faĩliareſ ac Vernule qq; mihi ꝓximo nexu
ſãguiniſ coherebãt: luctu depoĩto: quẽ de mee mortiſ falſo nũtio
ſuſcepãt: repẽtino letati gaudio. uarie quiſq; munerabũdi: ad meũ
feſtinãt ilico diurnũ: reducẽq; ab inferiſ cõſpectũ: quoꝝ deſꝑata
ĩpe etiã facie recreatuſ. oblatõeſ hõeſtaſ: eq boniq; facio: qppe cũ
mihi faĩliareſ: quoad cultũ ſũptũq; largiter ſuccederet: deferre ꝑ/
ſpicue curaſſẽt. affatiſ itaq; ex officõ ſiguliſ: narratiſq; meiſ p̃ſtiniſ

erumniſ: et p̃ſẽtibuſ gaudiiſ. me rurſũ ad dee gratiſſimũ mihi refero
cóſpectũ: edibuſq; cóductiſ: intra cóſeptũ tẽpli larẽ tẽporariũ mihi
cóſtituo dee miſteriiſ adhuc p̃uatiſ appoſituſ. cótuberniiſq; ſacerdo/
tũ indiuiduuſ: et numiſ magni cultor inſepabiliſ. Nec fuit nox una:
uel qeſ aliq̃ uiſu dee móituq; ieiuna: ſed crebriſ imperiiſ ſacriſ ſuiſ me
iã dudũ deſtinatũ: nũc ſaltẽ cẽſebat ĩitiari. At ego q̃q̃ cupiẽti uolũ/
tate p̃dituſ: tñ religioſa formidíe renitebar: qd. n. ſedulo p cótauerã
difficile religióiſ obſeqũ: et caſtimóiorũ abſtinentiam ſatiſ arduã.
cautoq; circũſpectu uitã que multiſ caſibuſ ſubiacet eẽ mũiẽdã. hec
itẽdidẽ mecũ reputãſ: neſcio quó: q̃q̃ feſtinãſ differebã. ¶ Nocte
q̃dã plenũ gremiũ ſuũ uiſuſ eſt mihi ſũmuſ ſacerdoſ offerre. At req/
rẽti qd utiq; iſtud. reſpódiſſe: pteſ illaſ de theſſalia mihi miſſaſ. ſeruũ
etiã meũ indidẽ ſupuẽiſſe. noíe cãdidũ. hãc exprectuſ imaginẽ: diu
diuq; apud cogitatóeſ meaſ reuoluebã? qd rei portẽderet. p̃ſerti cũ
nullũ ũq̃ habuiſſe me ſeruũ iſto noíe nũcupatũ certuſ eẽm: ut tñ ſeſe
p̃ſagiũ ſóni porrigeret. lucꝝ certũ móiſ oíbuſ ſignificari patriũ ob/
latóe credebã. ſic anxiuſ et í puẽtũ pſpiorẽ attóituſ: tẽpli matutíaſ
aptióeſ oppiebar. Ac dũ ualuiſ cãdẽtibuſ reductiſ í diuerſũ: dee ue/
nerabilẽ cóſpectũ appcamur. et p diſpóitaſ araſ circũiẽſ ſacerdoſ: rẽ
diuinã pcurat: ſupplicamtiſ ſollẽnibuſ: de penetrali fóte petitũ ſpó/
deo libat. rebuſ iã rite cóſũmatiſ: íchoate luciſ ſalutatóibuſ: religioſi
p̃mã nũtiãteſ horã pſtrepũt. Et ecce ſupueniunt de patria quoſ ibi
reliquerã famuli. cũ me fotiſ maliſ incapiſtraſſet erroribuſ: cognitiſ
ſalicet famuliſ meiſ: necnó & equũ quoq; illũ meũ reducẽtibuſ: quẽ
diuerſe diſtractũ: note dorſualiſ cognitione recupauerant. Quare
ſollertiã ſóni tũ mirabar: uel maxíe ꝙ p̃ter cógruẽtiã lucroſe polli/
citatóiſ: argumẽto ſerui cãdidi: equũ mihi reddidiſſet colore cãdidũ.
Quo facto idẽ ſollicituſ. ſedulũ colẽdi frequẽtabã miſteriũ. ſpe fu/
tura bñficiiſ p̃ñtibuſ pignerata. Nec minuſ í dieſ mihi magiſ magiſq;
accipiẽdoꝝ ſacroꝝ cupido gliſcebat. ſũmiſq; p̃cibuſ p̃mariũ ſacerdo/
tẽ ſepiſſíe cóuenerã: petẽſ ut me noctiſ ſacre tãdẽ arcaniſ initiaret.
At ille: uir alioqn grauiſ: et ſobrie religióiſ. obſeruatióe famoſuſ: cle/
mẽter ac comiter. et ut ſolent parenteſ. ímaturiſ liberorũ deſyderiiſ
modificari: meã differẽſ íſtantiã ſpei melioriſ ſolatiiſ: alioqn anxiũ
mihi pmulcebat animũ. Nã et diẽ quo qſq; poſſit initiari: dee nutu
demóſtrari. et ſacerdotẽ q ſacra debeat miſtrare eiuſdẽ puidentia de/
ligi. ſumptuſ etiã cerimoniiſ neceſſarioſ: ſimili p̃cepto deſtinari. Que
cũcta noſquoq; obſeruabili patiẽtia ſuſtinere cẽſebat. quippe cum

auiditati cõtumatieq; ſũme cauere: et utranq; culpã uitare. Ac neq;
uocatuſ morari: necnon iuſſuſ feſtinare deberẽ: nec tñ eſſe q̃q̃ de ſuo
numero tã pdite mẽtiſ. uel imo deſtinate mortiſ: q nõ ſibi quoq; ſe/
orſum iubente dña: temerariũ atq; ſacrilegũ audeat miſteriũ ſubire:
noxãq; letalẽ cõtrahere. Nã et infeꝝ clauſtra: et ſalutiſ tutelam in
dee mãu poſita. ipſãq; traditõnẽ adiſtar uolũtarie mortiſ: et pcarie
ſalutiſ celebrari. qppe cũ tranſactiſ uite tpibuſ iam in ipo finite luciſ
lumĩe cõſtitutoſ. qſ tñ tuto poſt ſint magna religiõiſ cõmitti ſilẽtia:
numẽ dee ſoleat elicere: et ſua ꝓuidẽtia quodã mõ renatoſ: ad noue
reponere rurſuſ ſalutiſ curricula. Ergo igit̃ me quoq; oportere ce/
leſte ſuſtinere pceptũ. q̃q̃ pſpicua euidẽtiq; magni numiſ dignatiõe.
iã dudũ feliciſ miſterio nuncupatũ deſtinatũq;: nec ſecuſ q̃ cultoreſ
ceteri: cibiſ ꝓphaniſ ac nefariiſ iã nũc tẽpare: quo rectiuſ ad arcana
puriſſime religioniſ ſecreta ꝑuaderẽ. Dixerat ſacerdoſ: nec ĩpatiẽtia
corrũpebat̃ obſeqũ meũ. ſed intentiſ miti qete et ꝓbabili tacitur/
nitate: ſedulũ: quot dieſ obibam culture ſacrorum miniſteriũ. nec me
fefellit: nec lõgi tpiſ ꝓlatiõe cruciauit: dee potẽtiſ benignitaſ ſalu/
tariſ. Sed noctiſ obſcure nõ obſcuriſ impuſ: euidẽter monuit: adueiſſe
diẽ mihi ſẽp optabilẽ. quo me maximi uoti cõpeteret. q̃toq; ſũptu
deberẽ ꝓcurare ſupplicamitiſ ipſũq; mitrã illũ ſuũ ſacerdotẽ p̃cipuũ:
diuino quodã ſtellaꝝ cõſortio ut aiebat mihi cõiunctũ ſacroꝝ mi/
niſtrũ decernit. qſ et ceteriſ beniuoliſ pceptiſ ſũmatiſ dee: recreatuſ
aĩmi: nec dũ ſatiſ luce lucida diſcuſſa qete. ꝓtinuſ ad receptaculũ ſa/
cerdotiſ cõtẽdo: atq; eũ cubiculo ſuo cõmodũ ꝓdeuntẽ continuatuſ
ſaluto. ſolito cõſtãtiuſ. deſtinaueram iã uelut debitũ ſacriſ obſequiũ
flagitare. At ille ſtatĩ ut me cõſpexit: ꝑor. ❡O Luci inqt te felicẽ:
te beatũ: quẽ ꝓpitia uolũtate numẽ auguſtũ tãtope dignat̃. Et qd
inqt iã nũc ſtaſ otioſuſ: atq; ipſũ demorariſ. Adeſt tibi dieſ uotiſ aſ/
ſiduiſ exoptatuſ: quo dee multinõiſ diuiniſ impuſ p iſtaſ meaſ manuſ
piiſſimiſ ſacroꝝ arcaniſ ĩſiuueriſ. et ĩiecta dextera ſenex cõmiſſimuſ:
ducit me ꝓtinuſ: ad ipſaſ foreſ ediſ ãpliſſime. rituq; ſollẽni apertioniſ
celebrato miſterio. ac matutĩo pacto ſacrificio: de optiſ adyti ꝓfert
quoſdã libroſ litteriſ ignorabilibuſ pnotatoſ. pti figuriſ huiuſcemõi
animaliũ: cõcepti ſermoniſ: cõpẽdioſa uerba ſuggerẽteſ: pti nodoſiſ:
et in modũ rote tortuoſiſ: capolatiq; cõdenſiſ apicibuſ: a curioſitate
ꝓfanorũ lectiõe munita: indidem mihi pdicat: que forent ad uſum
telete neceſſario pparanda: Ea ꝓtinuſ gnauiter. et aliq̃to liberaliuſ: pti
ipſe: ptim p meoſ ſocioſ coemẽda ꝓcuro. Iãq; tpe: ut aiebat ſacerdoſ:

id poſtulãte: ſtipatũ me religioſa coborte deducit ad ꝓxĩaſ balneaſ
et ꝑſſueto lauacro traditũ: p̃fatuſ dñi ueniã puriſſime circũroranſ
abluit: rurſũq; ad tẽplũ reductũ iã duabuſ diei ꝑtibuſ tranſactiſ ãte
ipſa dee ueſtigia cõſtituit. ſecretoq; mãdatiſ qbuſdã que uoce meli/
ora ſũt: illud plane cunctiſ arbitriſ precipit. decẽ cõtinuiſ illiſ diebuſ
cibariã uoluptatẽ cobercerẽ. neq; ullũ animal eẽm. et inuiniuſ eſſem
qſ uenerabili cõtinẽtia rite ſeruatiſ. Iã dieſ aderat diuino deſtinatuſ
uadimõio. et ſol curuatuſ intrabebat ueſperã: tũ ecce cõfluũt ũdiq;
t̃be ſacroꝝ ritu uetuſto: uariiſ qſq; me muneribuſ onerantes. Tunc
ſemotiſ ꝓcul profaniſ om̃ibuſ: linteo rudiq; me cõtectũ amicimine:
arrepta manu ſacerdoſ deducit ad ipſiuſ ſacralii penetralia. Queraſ
forſitã ſatiſ anxie ſtudioſe lector? qd deinde dictũ? qd factũ? Di/
cerẽ: ſi dicere liceret. cognoſcenſ: ſi liceret audire. ſed parem noxam
contraberẽt aureſ et lingue ille temerarie curioſitatiſ. nec te tamen
deſyderio forſitã religioſo ſuſpẽſum angore diutina cruciebo: Igit̃
audi. ſed crede: que uera ſunt ¶ Acceſſi cõfiniũ mortiſ: et calcato ꝓ/
ſerpine limĩe ꝑ om̃ia uectuſ elem̃ta remeaui. nocte media uidi ſolẽ
cãdido coruſcãtẽ lumine. deoſ inferoſ: et deoſ ſupoſ. Acceſſi coram.
et adoraui de ꝓxĩo. Ecce tibi retuli: que q̃uiſ audita: ignoreſ tamẽ
puditú eſt: hec crimina: tali uiro audiēte: tā aſſeuerate obiectare?
friuola & inter ſe repugnātia ſimul ꝓmere? & utraq; tñ rep̄hēdere.
At nó cótraria accuſaſtiſ: perā & baculú: ob autoritatē? & carmía
& ſpeculú: ob hylaritatē? Vnú ſeruú. ut deparci. triſ libertoſ ut
ꝓfuſi? Preterea eloquentiā grecā: patriā barbarā? quin igit̄ tandē
expgeſcimini? At uoſ cogitatiſ apud Claudiú maximú dicere. apud
uirú ſeuerú: & totiuſ prouintie negotiiſ occupatú? quin inq̄ uana
hec cóuitia aufertiſ? quin oſtenditiſ: quid inſimulauiſtiſ: ſcelera im/
munia & inconceſſa maleficia: & arteſ nephandaſ? cur ueſtra oratio
rebuſ flaccet: ſtrepitu uiget? ¶ Aggredior enim iam ad ipſú crimē
magie. q̄ ingēti tumultu ad inuidiā mei accenſú: fruſtrata ex pec/
tatóe oím p neſcioq̄ſ anileſ fabulaſ deflagrauit. Ecquādone uidiſti
maxime flammā ſtipula exortā: claro crepitu: largo fulgore: cito
incremēto? ſed enim materia leui: caduco incendio: nulliſ reliquiiſ.
hem tibi illa accuſatio iurgiiſ inita: uerbiſ aucta: argumētiſ defecta:
nulliſ poſt ſentētiā tuā reliquiiſ calúnie pmanſura. Que qdē omniſ
Emiliano fuit in iſto uno deſtinata: me magú eē: & ideo mihi libet
querere: ab eruditiſſimiſ eiuſ aduocatiſ: quid ſit maguſ. Nā ſi qd̄ ego
apud plurimoſ lego: perſarú lingua maguſ ē: qui noſtra ſacerdoſ:
quod tandē eſt crimen: ſacerdotē eſſe? & rite noſſe: atq; ſcire: atq;
callere: legeſ cerimoniarú: faſ ſacroꝝ: iuſ religionú? Siquidē magia

ideſt: quod Plato interpretat̃: cũ cõmemorat. quibuſnã diſciplinis
puerum regium adoleſcentẽ perſe imbuant. Verba ipſa diuini uiri
memini: que tu mecum maxime recognoſce dicentia. ὧν ὁ μὲν μα
γείαν τε διδάσκει τὴν ζωροάστρου τοῦ ὡρομάζου. ἔστι
δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία.

Auditiſne magiam: qui eam temere
accuſatiſ: artẽ eſſe diiſ ĩmortalibuſ acceptã? colẽdi eoſ: ac uenerãdi
pergnarã? piam ſcilicet & diuini ſcientẽ: iam inde a Zoroaſtre: &
Oromace autoribuſ ſuiſ nobilẽ: Celitũ Antiſtitã. quippe inter ꝑma
regalia docet̃. nec ulli temere inter pſaſ conceſſum eſt: magum eſſe:
haud magiſ: q̃ regnare. Idem Plato in alia ſermocinatiõe. de Za/
molxi quodã thraci generiſ. ſed eiuſdẽ artiſ uiro ita ſcriptũ reliqt.

Quod ſi ita ẽ. cur mihi noſſe nõ liceat: uel Zamolxi bona uerba:
uel Zoroaſtri ſacerdotia? Sin uero more uulgari: eũ iſti proprie
magũ eſtimant: qui cõmunione loquendi cum diiſ ĩmortalibuſ: ad
omnia que uelit incredibilia quadã ui cãtaminum polleat: oppido
miror: cur accuſare non timuerint: quẽ poſſe tantum fatent̃. Neq;
enim tam occulta: & diuina potentia caueri poteſt: itidẽ ut cetera.
Sicariũ qui in iudicium uocat: comitatuſ uenit: q uenenariũ accu/
ſat: ſcrupuloſiuſ cibat̃. qui furem arguit: ſua cuſtodit. Eniuero qui
magũ: qualẽ iſti dicũt: in diſcrimẽ capitiſ deducit: qbuſ comitibuſ:
quibuſ ſcrupuliſ: quibuſ cuſtodibuſ: perniciem cecã & ineuitabilem
ꝓhibeat? Nulliſ. ſ. & ideo id genuſ crimen non eſt eiuſ accuſare: qui
credit. Verũ hec ferme cõmuni quodam errore imperitoꝝ philo/
ſophiſ obiectant̃: ut partim eorum qui corporum cauſaſ meraſ: &
ſimpliciſ rimantur: irreligioſoſ putent. eoq; aiant deoſ abnuere. Ut
Anaxagorã & Leucippum & Democritum & Epicurum. ceteroſq;
rerũ nature patronoſ. partim autẽ: qui prouidentiã mundi curio/
ſiuſ ueſtigant: & impenſiuſ deoſ celebrant: eoſ uero uulgo magoſ
nominent: quaſi facere etiam ſciant: que ſciant fieri. Ut olim fuere
Epimenideſ & Orpheuſ & Pythagoraſ. & Oſtaneſ. ac dehinc ſimi/
liter ſuſpectata Empedocli Cathorinee Socrati Demoniõ Platõiſ
Gratulor igit̃ mihi: cũ &
ego tot & tantiſ uiriſ adnumeror. Ceterũ que ab illiſ ad oſtẽdendũ
crimẽ obiecta ſũt: uana: & inepta & ſimplicia: uereor ne ideo tãtũ

crimina puteſ: ꝙ obiecta ſunt. Cur inquit piſcium quedam genera
queſiſti? quaſi id cognitionis gratia philoſopho facere non liceat:
qđ luxurioſo gule cauſa liceret. Cur mulier libera tibi nupſit poſt
ãnoſ. xiii. uiduitatiſ? quaſi nõ magiſ mirandũ ſit: quod tot ãniſ nõ
nupſerit. Cur ꝓuſ q̃ tibi nuberet: ſcripſit neſcioquid in epiſtola: qđ
ſibi uidebat̃? quaſi quiſ q̃ debeat cauſaſ aliene ſententie reddere. At
enĩ maior natu non ẽ iuuenẽ aſpnata. igit̃ hoc ipſũ argumentũ ẽ:
nihil opuſ magia fuiſſe: ut nubere uellet mulier: uiro. uidua: celebi.
maior: iuniori. Iam & illa ſimilia. habet quidem Apuleiuſ domi: qđ
ſecreto colit. quaſi non id potiuſ crimẽ ſit: quod colaſ: non habere.
Cecidit pſente Apuleio puer: quid enĩ ſi iuueniſ? quid ſi etiã ſenex
adſiſtẽte me corruiſſet? uel morbo corporiſ impedituſ: uel lubrico
ſoli prolapſuſ? Hiſcine argumentiſ magiã probatiſ? caſu puerili: &
matrimonio mulieriſ: & obſonio piſciũ. Poſſẽ equidẽ bono ꝑiculo:
uel hiſ dictiſ contentuſ: perorare. quoniã tñ mihi pro accuſationiſ
lõgitudine largitur: atq; ſupeſt: cedo ſi uidet̃: ſingula cõſideremuſ.
Atqui ego omnia obiecta: ſeu uera: ſeu falſa ſint: non negabo. ſed
ꝑinde atq; ſi facta ſint: fatebor. ut omĩſ iſta multitudo: que pluri/
ma undiq; ad audiendũ cõuenit: apte ĩtelligat: nihil in philoſophoſ
nõ modo uere dici: ſed ne falſo quidẽ poſſe cõfingi. quod non ex
innocẽtie fiducia: quãuiſ liceat negare: tñ habeãt potiuſ defẽdere.
Primũ igit̃ argumẽta eoꝝ cõuincã. ac refutabo. nihil ea: ad magiã
ꝑtinere. deinde & ſi maxime maguſ forẽ: tamẽ oſtendã neq; cauſã
ullã: neq; occaſionẽ fuiſſe: ut me in aliquo maleficio experirẽtur.
Ibi etiã de falſo inuidia: deq; epuliſ mulieriſ ꝓperã lectiſ: & nequiuſ
interp̃tatiſ: deq; matrimonio meo ac pudentille diſputabo. Idq; a
me ſuſceptũ offitii gratia: q̃ lucri cauſa docebo. Quod quidẽ ma/
trimoniũ noſtrum Emiliano huic immane: quãto angori. quãteq;
inuidie fuerit. Inde omniſ huiuſce accuſatiõiſ obeũde. ira: & rabieſ:
& deniq; inſania exorta ẽ. Que ſi omĩa palã & dilucide oſtendero:
tũc deniq; te Claudi maxime: & omniſ qui adſũt cõteſtabor: pueꝝ
illũ Siciniũ pudentẽ preuignũ meũ: cuiuſ obtentu: & uoluntate a
patruo eiuſ accuſor: nuperrime cure mee ereptũ: poſtq̃ frater eiuſ
Põtianuſ: & natu maior: & moribuſ melior: diẽ ſuũ obiit: atq; ita
in me ac matrẽ ſuã nefarie efferatũ: non mea culpa: deſertiſ libera/
libuſ ſtudiiſ: ac repudiata omĩ diſciplina: ſceleſtiſ accuſatiõiſ huiuſ
rudimẽtiſ: patruo Emiliano: potiuſ: q̃ fratri Põtiano ſimilẽ futuꝝ.
Nunc ut inſtitui ꝓficiſcar ad omnia Emiliani huiuſce deliramẽta:

orſuſ ab ab eo qđ ad ſuſpitionē magie: q̃ſi ualidiſſimū in principio
dici animaduertiſti? nōnulla me piſciū genera: ꝑ quoſdā piſcatoreſ
precio queſiſſe. Vtrū igit͛ horū ad ſuſpectandā magiā ualet: ꝙ ne
piſcatoreſ mihi piſcem queſierunt? ſcilicet ergo phrygionibuſ: aut
fabriſ: negotiū iſtud dandū fuiſſe. atq; ita opera cuiuſq; artiſ per/
mutanda ſi uellem calūniaſ ueſtraſ uitare: ut faber mihi piſcem: ut
piſcator mutuo lignū dedolaret? An ex eo intellexiſtiſ maleficio
queri piſciculoſ: ꝙ p̃cio querebant͛? Credo ſi cōuiuio uellē: gratiſ
queſiſſē. Quin igit͛ etiā ex aliiſ pleriſq; me arguitiſ? nā ſepenumero
& uinū: & oluſ: & pomū: & panē: p̃cio mutaui. Eo pacto cupedi/
ariiſ omnibuſ famē decerniſ. qſ ab illiſ obſonare audebit? Siquidē
ſtatuit͛: omnia edulia: que depenſo parantur: non cene: ſed magie
deſyderari. Quod ſi nihil remanet ſuſpitioniſ: neq; in piſcatoribuſ:
mercede inuitatiſ: ad qđ ſolēt: ad piſcē capiundū: quoſ tñ nulloſ ad
teſtimoniū ꝓduxere. Quippe qui nulli fuerūt: neq; in ipſo precio
rei uenaliſ: cuiuſ tamē quātitatem nullā taxauere. Ne ſi mediocre
precium dixiſſent: cōtemneret͛: ſi plurimū: nō crederet͛: ſi in hiſ ut
dico nulla ſuſpicio eſt: reſpondeat mihi Emilianuſ: quo proximo
ſigno ad accuſationē magie ſit inductuſ. Piſceſ inquit queriſ: nolo
negare? ſed oro te: qui piſceſ querit: maguſ eſt? Equidē non magiſ
arbitror: q̃ ſi leporem quererem: uel aproſ: uel altilia. An ſoli piſceſ
habēt aliquid occultū aliiſ: ſed magiſ cognitū? Hoc ſi ſciſ: quid ſit:
maguſ eſ ꝓfecto. ſin neſciſ: cōfiteariſ neceſſe eſt: id te accuſare: quod
neſciſ. Tā rudiſ uoſ eſſe omniū litterarū: omniū deniq; uulgi fabu/
larū: ut ne fingere quidē poſſitiſ iſta uериſimiliter? quid ení cōpetit
ad amoriſ ardorē accendendū piſciſ brutuſ: & frigiduſ: aut omnino
reſ pelago queſita? niſi forte hoc. uoſ ad mendacium induxerit. ꝙ
Venuſ dicitur pelago exorta? audi ſiſ tam non impudenſ: q̃ multa
neſcienſ: qui de piſcibuſ argumentū magie recepiſti. At ſi Virgilium
legiſſeſ. ꝓfecto ſciſſeſ alia queri ad hanc rem ſolere. ille ení quantū
ſcio enumerat uittaſ molliſ. & uerbenaſ pinguiſ. & tura maſcula. &
licia diſcolora. p̃terea laurū fragilē: limū durabilē. cerā liquabilem.
Nec minuſ que iā in opere ſcͥpſit ſerio. ¶ Falſibuſ: & meſſe ad limā
querunt͛ aheniſ. Pubēteſ herbe: nigri cū lacte ueneni. Queritur &
naſcentiſ equi de fronte reuulſuſ. Et mater p̃reptuſ amor. ¶ At tu
piſciū inſimulator: longe diuerſa inſtrumenta. magiſ attribuiſ: non
frontibuſ teneriſ detergēda: ſed dorſiſ ſqualentibuſ excidenda. nec
fundo reuellenda: ſed ꝓfundo extrahēda. nec falſibuſ metenda. ſed

hamiſ inuncanda. poſtremo in maleficio. ille uenenũ nominat: tu pulmentum. ille herbaſ & ſurculoſ. tu ſquamaſ & oſſa. ille pratum decerpit. tu fluctũ ſcrutariſ. Memoraſſẽ tibi etiã Theocriti paria. & alia Homeri. & Orphei plurima. & ex comediiſ. & tragediiſ grecíſ. & ex hiſtoriiſ multa repetiſſem: niſi te dudũ animaduertiſſẽ grecam pudentille epiſtolã legere nequiuiſſe. Igit̃ unũ etiã poetam latinũ: attingã uerſuſ ip̃oſ: quoſ agnoſcẽt: qui Leliũ legere. Philtra om̃ia undiq; eruunt. Antiphateſ illud querit̃. Trochiſcili ungueſ. tenie. Radicule: herbe: ſurculi. Aure illiceſ: bichordile. Hinnientum dulcedineſ. ¶ Hec & alia queſiſſe me potiuſ: q̃ piſceſ: longe uerıſimiliuſ cõfinxiſſeſ. Hiſ etenim fortaſſe per famã puulgatã fideſ fuiſſet: ſi tibi ulla eruditio adfuiſſet. Enĩuero piſciſ: ad quã rẽ faciat captuſ: niſi ad epulaſ coctuſ? ceterum ad magiam nihil. q̃q̃ uideatur mihi adiutare. dicam: unde id coniectẽ. Pythagoram pleriq; Zoroaſtre ſectatorẽ ſimiliterq; magie p̃itum arbitrati: eũ memorie p̃diderũt: cum animaduertiſſet proxime metapontũ: in littore italie ſue: quã ſubſiciuam greciã fecerat: a quibuſdã piſcatoribuſ euerriculũ trahi: fortunã iactuſ eiuſ emiſſe. & precio dato: iuſſiſſe ilico piſceſ eoſ: qui capti tenebant̃: ſolui retibuſ: & reddi p̃fundo. Quoſ ſcilicet eũ de manibuſ amiſſurũ nõ fuiſſe. ſiquid in hiſ utile ad magiã cõperiſſet. Sed enim uir egregie doctuſ. & ueterũ emulator: meminerat Homerũ poetã multiſciũ: uel potiuſ cũctarum rerũ adprime peritũ: uim omnẽ medicaminũ: nõ mari: ſed terre ſcripſiſſe: cum de quadã Saga: ad hũc modũ memorauit.

Itemq; alibi carminum ſimiliter.

Cum tñ nunq̃ apud eũ marino aliquo: & piſculento medicauit: nec Proteuſ faciem. nec Vlixeſ ſcrobẽ. nec Eoluſ folleſ. nec Helena craterã. nec Circe poculũ. nec Venuſ cingulũ. At uoſ ſoli reperti eſtiſ ex omni memoria. qui uim herbarũ: & radicũ: & ſurculorũ: & lapillorũ: quaſi quadã colluuiõe nature: de ſũmiſ mõtibuſ in mare tranſferatiſ. & penituſ piſciũ uentribuſ inſuatiſ. Igit̃ ut ſolebat ad magorũ cerimoniaſ aduocari Mercuriuſ carminũ uector: & illex animi Venuſ. & Luna noxiũ conſcia: & maniũ poteſ Triuia: uobiſ autoribuſ poſthac Neptũnuſ cum Salacia. & Portunuſ cũ omni choro Nereidũ: ab eſtibuſ fretorũ: ad eſtuſ amorũ tranſferentur. Dixi cur nõ arbitrer quicq̃ negotii eſſe Magiſ & piſcibuſ. Nnnc ſi uidetur: credamuſ Emiliano: ſolere piſceſ etiã ad magicaſ poteſtateſ adiuuare. Num ergo propterea quicũq; piſcẽ querit: & ipſe maguſ

eſt? Eo quidem pacto. & qui myoparoneſ queſierit: pirata erit. & qui uectē: pfoſſor. & qui gladiū: Sicariuſ. Nihil in rebuſ omnibuſ tam innoxiū diceſ: quin id poſſit aliquid aliqua obeſſe. nec tā letū: quod nō poſſit ad triſtitudinē intelligi. Nec tamē idcirco omnia ad nequiorē ſuſpitionē trahuntur. ut ſi tuſ & caſiam. & myrrham. ceteroſq; id genuſ odoreſ: funeri tantum emptoſ arbitreriſ: cum & medicamēto parentur & ſacrificio. Ceterū eodē piſciū argumēto: etiā Menelai ſotioſ putabiſ magoſ fuiſſe: quoſ ait poeta precipuuſ flexiſ hamuliſ apud farū inſulā fame ꝓpulſoſ eſſe etiā mergoſ: & delphinoſ: & ſcyllaſ. Tu eodē refereſ etiā guloneſ omniſ: q impēſo[ ] piſceſ precio a piſcatoribuſ mercant̄. etiā ipoſ piſcatoreſ: qui omniū generū piſciſ arte acquirunt. Cur ergo & tu queriſ? nolo equidem nec neceſſariū habeo: tibi dicere. ſed per te: ſi poteſ: ad hec queſiſſe me argue: ut ſi helleborū: uel cicutā: uel ſucū papaueriſ emiſſē: itē alia eiuſdēmodi: quorum moderatuſ uſuſ ſalutariſ: ſed commixtio: uel quantitaſ noxia eſt: quiſ equo animo pateretur: ſi me per hoc ueneficii arceſſereſ: qđ ex illiſ pōt homo occidi? Videamuſ tamen: que fuerint piſciū genera: tā neceſſaria ad habendū: tamq; rara ad reperiendū: ut merito ſtatuto premio quererentur. Tria omnino nominauerāt. unū falſi: duo mentiti. falſi: ꝙ leporē marinū fuiſſe dixerūt: qui aliuſ omnino piſciſ fuit. quem mihi Thenuſ conſeruuſ noſter: medicine non ignaruſ: ut ex ipſo audiſti: ultro attulit ad inſpiciundū. nā quidē leporē nondū etiā inuenit. ſed profiteor me querere: et cetera: nō piſcatoribuſ modo: uerum etiam amiciſ meiſ negotio dato: quicūq; minuſ cogniti generiſ piſciſ inciderit: ut eiuſ mihi aut formā cōmemorent: aut ipſum uiuū: ſi id nequierint: uel mortuū oſtendant. q̄obrem id faciā: mox docebo. Mentiti autē ſunt calidiſſimi accuſatoreſ mei: ut ſibi uidentur: cum me ad finem calūnie cōfinxerūt duaſ reſ marinaſ: impudiciſ uocabuliſ queſiſſe: quaſ Tānoniuſ ille. cum utriuſq; ſexuſ genitalia intelligi uellet: ſed eloqui: propter infantiam: cauſidicuſ ſūmuſ nequiret: multū ac diu heſitato: tandē uirile marinū: neſcioqua circunlocutione male: ac ſordide: nominauit. ſed enim feminal nullo pacto repienſ mūditer dicere. ad mea ſcripta cōfugit. qa & e quodā meo libro legit. Inter femineū tegat: & femoriſ obiectu: & palme uelamento. Hec etiam pro ſua grauitate uitio mihi uortebat: ꝙ me nec ſordidiora dicere honeſte pigeret. At ego illi cōtra iuſtiuſ exꝓbrauerim: ꝙ qui elo/quentie patrociniū uulgo profiteatur: etiā honeſta dictu ſordide

blatteret. ac ſepe in rebuſ neq̃ꝗ difficilit uſ fringultiat. uel omnino
obmuteſcat. cedo enim ſi ego de ueneriſ ſtatua nibil dixiſſem. neq;
interfemineũ nominaſſē: quibuſ tandē uerbiſ accuſaſſeſ crimē illud
tã ſtulticie ꝗ lingue tue cõgruenſ? an quicꝗ ſtultiuſ: ꝗ ex nominũ
ꝓpinquitate uim ſimilē rerum cõiectari? Et fortaſſe an peracute
reperiſſe uobiſ uidebamini. At queſiſſe me fingeretiſ ad illecebraſ
magicaſ: duo hec marina: ueretillã. & uirginal. diſce enim nomina
rerũ latina: que propterea uarie nominaui: ut denuo inſtructuſ
accuſeſ. memento tamen tam ridiculũ argumentũ fore: deſyderata
ad reſ ueneréaſ marina obſcena: ꝗ ſi dicaſ marinũ pectinē: cõmēdo
capillo queſitũ. uel aucupandiſ uolantibuſ piſcem accipitrem: aut
uenãdiſ apriſ: piſcē apriculũ. aut eliciēdiſ mortuiſ: marina caluaria.
Reſpondeo igitᷣ ad bunc ueſtrũ locũ: nõ minuſ inſulſe: ꝗ abſurde
cõmentum: me baſce nugaſ marinaſ: & quiſcillaſ littoraliſ neq; ꝑcio:
neq; gratiſ queſiſſe. illud etiã ꝑterea reſpondeo: neſciſſe uoſ. quid a
me queſitũ fingeretiſ. Hec enim friuola: que nominaſtiſ: pleraq; in
littoribuſ omnibuſ cõgeſtim & aceruatim iacēt. & ſine ulliuſ opa:
ꝗlibet leuiter motiſ flucticuliſ ultro foraſ euoluũtur. Quin ergo
dicitiſ me eadē opera precio impēſo ꝑ plurimoſ piſcatoriſ queſiſſe
de littore. conchulam ſtriatã: teſtam hebetē. calculũ teretē. ꝑterea
cancrorum furcaſ. echinorũ caliculoſ. lolliginum ligulaſ. poſtremo
aſſulaſ: feſtucaſ: reſticulaſ. & oſtrea pergami uermiculata. deniq;
muſcũ: & algam. & cetera mariſ eiectamēta: que ubiq; littoꝝ uentiſ
expelluntur. ſalo expuuntur. tempeſtate reciprocantᷣ. tranquillo
deſeruntur. Neq; enim minuſ iſtiſ que cõmemoraui: accommodari
poſſũt: ſimiliter ex uocabulo ſuſpicioneſ. Poſſe dicitiſ ad reſ uene/
riaſ ſũpta de mari ſpuria & faſcina: ꝓpter nominũ ſimilitudinē. q
minuſ poſſit ex eodē littore calculuſ: ad ueſicã: teſta: ad teſtamētũ.
Cancer: ad ulcera. alga: ad quercerum. ¶ Ne tu Claudi maxime
nimiſ patienſ uir eſ: & oppido proxima bumanitate: qui baſce eoꝝ
argumentationeſ diu bercle ꝑpeſſuſ ſiſ. equidem cũ hec ab illiſ. ꝗſi
grauia & inuincibilia dicerentᷣ: illoꝝ ſtulticiã ridebã: tuã patiētiã
mirabar. Ceterũ ꝗobrem plurimoſ iã piſciſ cognouerim: quorũdã
adbuc neſciuſ eſſe nolim: diſcat Emilianuſ. qm̃ uſq; adeo rebuſ meiſ
curat: ꝗꝗ eſt iam precipiti. & occidua ſenectute: tamē & ſi uidetur
ſuſcipiat doctrinã: ſerã plane. & poſt uinũ: legat ueterũ pbiloſo/
pborũ monumenta. tandē ut intelligat nõ me primũ bec reꝗſiſſe.
ſed iam pridem maioreſ meoſ Ariſtotelē dico: & Tbeopbraſtum. &

Eudemũ: & Lyconẽ. ceteroſq; Platoniſ minoreſ: q plurimoſ libroſ
de genitu animaliũ: deq; uictu: deq; particuliſ: deq; omni differẽtia
reliquerunt. Bene quod apud te maxime cauſa agitur: qui pro tua
eruditiõe legiſti profecto Ariſtoteliſ multiiuga uolumina. pterea
problemata innumera eiuſdẽ: tũ ex eadẽ ſecta ceterorũ. in quibuſ
id genuſ uaria tractantur: que tanta cura cõquiſita: ſi honeſtũ: &
glorioſũ fuit illiſ ſcribere: cur turpe ſit nobiſ experiri? pſertim cũ
ordinatiuſ: & cohibiliuſ: eadẽ grece & latine adnitar cõſcribere: &
in omnibuſ: aut omiſſa acqrere: aut defecta ſupplere. Permittite:
ſi opera eſt: quedã legi de magiciſ meiſ: ut ſciat me Emilianuſ plura
q̃ putat: querere. & ſedulo explorare. pme tu librũ. ex greciſ meiſ:
quoſ forte hic amici habuere: ſeduliq; naturaliũ queſtionũ: atq; eũ
maxime: in quo plura de piſcium genere tractata ſunt. ¶ Interea
dum hic querit: ego exemplum rei cõpetenſ dixero. ¶ Sophocleſ
poeta erupedi æmuluſ & ſuperſteſ: uixit enĩ ad extremã ſenectã.
Cum igitur accuſaretur a filio ſuomet dementie: quaſi iam p etatẽ
deſiperet: ptuliſſe dicitũ colonameũ ſuam peregregiũ tragediarũ:
quã forte tum in eo tẽpore conſcribebat. eam iudicibuſ legiſſe. nec
quicq̃ ampliuſ p defenſione ſua addidiſſe: niſi ut audacter demẽtie
cõdemnarent: ſi carmina ſeniſ diſplicerent. ibi ego cõperior omneſ
iudiceſ tãto poete adſurrexiſſe: miriſ laudibuſ eũ tuliſſe: ob argu/
menti ſollertiam. & coturnũ facũdie: nec ita multũ omniſ abfuiſſe:
quin accuſatorẽ potiuſ demẽtie cõdemnarent. Inueniſti tu librũ?
Beaſti. cedo enĩ. experiamur: an & mihi poſſint in iudicio littere:
mee prodeſſe. lege pauca in principio. deinde quedam de piſcibuſ.
At tu interea. dum legit cauſam ſuſtine. Audiſti maxime quorum
pleraq; ſcilicet legeraſ apud antiquoſ philoſophorũ. & memento de
ſoliſ piſcibuſ: hec uolumina a me cõſcripta: qui eoꝶ: coitu progig/
nant̃: qui ex limo coaleſcãt. quotiẽſ & qd ãni cuiuſq; eoꝶ generiſ
femine ſubentãt. mareſ ſuriant. Quibuſ membriſ: & cauſiſ diſcreuit
natura uiuiparoſ eorum: & ouiparoſ. ita enim latine appello. que
greci. Et ne poſe animaliũ genita pergã: deinde de differentia: &
uictu: & mẽbriſ: & etatibuſ: ceteriſq; plurimiſ ſcitu quidẽ neceſſariiſ:
ſed in iudicio alieniſ: pauca etiam de latiniſ ſcriptiſ meiſ: ad eãdem
peritiã pertinentibuſ: legi iubebo. in quibuſ animaduerteſ: cum in
eiſ cognitu rara: tũ nomina etiã romaniſ inuſitata: & in hodiernũ:
qđ ſciã: infecta. Ea tñ nomina labore meo: & ſtudio: ita de greciſ
prouenire: ut tamen latina moneta percuſſa ſint. uel dicant nobiſ

Emiliane patroni tui: ubi legerint latine: hec ꝓnunciata uocabula de ſoliſ aquatilibuſ dicã. nec cetera animalia niſi ĩ cõmunibuſ diffe/renteſ attingã. Auſculta igitur que dicã. Iam me clamabiſ magica nomina egyptio: uel babylonico ritu percenſere. Poſſum etiam pergere: ſed nõ eſt opere ĩ iſtiſ diẽ terere: ut ſit mihi tẽpuſ aggredi ad cetera. hec interim que dixi pauca: recita: latine a me enũciata.

Vtrum igitᷣ putaſ philoſopho: non ſecundũ cynicam temeritatẽ rudi: & indocto: ſed q ſe platonice ſchole meminerit: utrũ ei putaſ turpe ſcire iſta: an neſcire? negligere: an curare? noſſe q̃nta ſit. etiã ĩ iſtiſ ꝓuidẽtie ratio: an de diiſ ĩmortalibuſ matri & patri credere? Q. Enniuſ edeſ phagitica: que uerſibuſ ſcꝓſit: innumerabilia piſciũ genera enumerat: que ſcilicet curioſe cognorat. paucoſ uerſuſ me/mini: eoſ dicã. Omnibuſ ut clipea preſtat: muſtela marina. Mureſ ſũt eni aſpa: oſtrea plurima abidi. Muſ mitilene ẽ pectẽ caradrũ. que apud umbracie finiſ. Brunduſii ſarguſ bonuſ eſt: hunc magnuſ ſi erit ſume. Apriculum piſcem ſcito primum eſſe tarenti. Surrenti ælopem: facemaſ glaucũ apud cumaſ quid. Scarũ preterii cerebrũ Iouiſ pene ſupmi. Neſtoriſ ad patriã hic capitᷣ. magnuſq; bonuſq;. Melanurũ. turdũ. merulãq; umbramq; marinã. Polypuſ corcire. caluaria pinguia carne. Purpura: marriculi: mureſ: dulceſ quoq; echini. Alioſ etiã multiſ uerſibuſ decorauit. & ubi gentium quiſq; eorũ inueniatᷣ: oſtẽdit qualiter aſſuſ: aut iuſſulẽtuſ: optime ſapiat. nec tamen ab eruditiſ reprehenditur. ne ego reprehendar: qui reſ pauciſſimiſ cognitaſ grece: & latine: ꝓpriiſ & eligantibuſ uocabuliſ conſcribo. Cum hoc ſatiſ dixi. tum aliud accipe. quid enim tandem ſi medicine: neq; inſtudioſuſ: neq; imperituſ: quepiam remedia ex piſcibuſ quero? ut ſane ſũt plurima: cũ in aliiſ omnibuſ rebuſ eodẽ nature munere interſperſa: atq; interſeminata: tum etiã nonnulla in piſcibuſ. An remedia noſſe: & ea conquerere: magi potiuſ eſſe: q̃ medici: q̃ deniq; philoſophi: putaſ? qui illiſ non ad queſtum: ſed ad ſuppetiaſ uſuruſ eſt? Votereſ quidem medici etiam carmina remedia uulnerũ nominãt. ut omniſ uetuſtatiſ certiſſimuſ autor Homeruſ

docet. qui facit Vlixi de uulnere ſanguinē ꝓfluentē ſiſti cātamine. nihil enim quod ſalutiſ ferende gratia fit: erumnoſū eſt. ¶ At enī inquit piſcem: cui rei: niſi male ꝓſcidiſti? quē tibi Thenuſ cōſeruuſ attulit. Quaſi uero non pauloprius dixerim: me de particuliſ om/ nium animaliū: de ſitu earū: deq; numero. deq; cauſa: cōſcribere? ac libroſ Ariſtoteli. & explorare ſtudio: & augere. atq; admiror: quod unum a me piſciculum inſpectum ſciatiſ: cum iam plurimoſ ubicunq; locorum oblati ſunt: eque inſpexerim. Preſertim quod ego nihil clanculo: ſed omnia in propatulo ago. At quiuiſ uel ex/ trariuſ arbiter aſſiſtat. more hoc & inſtituto magiſtrorum meorū: qui aiunt: hominem liberū & magnificū debere ſi queat: in ꝑmori fronte animum geſtare. hunc adeo piſciculum: quem uoſ leporem marinum nominatiſ: plurimiſ qui aderant: oſtendi. nec dum etiam decerno: quid uocent. niſi queram: ſane accuratiuſ. ꝙ nec apud ue/ tereſ philoſophoſ proprietatem eiuſ piſciſ reperio. q̄q̄ ſit omnium rariſſima: & hercule memoranda. quippe ſoluſ ille: q̄ntū ſciam: cū ſit cetera exoſſiſ: xii. numero oſſa: ad ſimilitudinē talorum ſuillorū: in uentre eiuſ cōnexa & cathenata ſunt. quod Ariſtoteleſ ſi ſciſſet nunq̄ ꝑfecto omiſiſſet ſcripto prodere: qui aſelli piſciſ ſoluſ omniū in media aluo corculum ſitum: pro maximo memorauit. Piſcem inquit proſcidiſti. Hoc quiſ ferat philoſopho crimen eſſe? quod lanio uel coco non fuiſſet. ¶ Piſcem proſcidiſti. ꝙ crudum: id accu/ ſaſ. ſi cocto uentrem ruſparer. Hepetia ſuffoderem. ita ut apud te puerulus ille Sicinius pudenſ ſuomet obſono dixit: eam rem non putareſ accurandam. At qui maiuſ crimen eſt philoſopho comeſſe piſciſ: q̄ inſpicere. an arioliſ licet iecinera rimari: philoſopho con/ templari non licebit? Qui ſe ſciat omnium animalium aruſpicem. omniū deum ſacerdotem. hoc in me accuſaſ: quod ego & maximuſ in Ariſtotele miramur. cuiuſ niſi libroſ bibliothecis exegeriſ: & ſtu/ dioſorū manibuſ extorſeriſ: accuſare me nō poteſ. ſed de hoc pene plura: q̄ debui. Nunc preterea uide: q̄ ipſi ſeſe reuincāt. Aiunt mu/ lierem magiciſ artibuſ: marinis illecebriſ: a me petitā: eo in tempore: quo me non negabunt in getulie mediterraneiſ montibuſ fuiſſe: ubi piſceſ per deucalioniſ diluuia reperiantur. quod ego gratulor neſcire iſtoſ. legiſſe me Theophraſti quoq;.

& Nicandri. Ceterum me etiam beneficiſ poſtularent. eum: ut quidem hoc negotium ex lectione & emula/ tione Ariſtoteli nactuſ ſum: nō nihil & Platone modo adhortāte.

qui ait: eum qui iſta ueſtiget.
Nunc quoniam piſceſ horum ſatiſ potuerunt: accipe aliud pari
q̃ ſtulticia: ſed multo tanto uaniuſ: & nequiuſ excogitatu. ſcie/
runt & ipſi argumentū piſcanū futile. & nihil futurum. preterea
nouitatem eiuſ ridiculam. quiſ enim fando audiuit ad maleficia
magica diſquamari: & exdorſari piſciſ ſolere: potiuſ aliqd de re/
buſ peruulgatoribuſ: & iam creditiſ fingendum eſſet. Igitur ad
preſcriptum opinioniſ: & fame confinxere puerum quempiam
carmine cātatum: remotiſ arbitriſ: ſecreto loco: arula: & lucerna:
& pauciſ conſciiſ teſtibuſ: ubi incātatuſ ſit: corruiſſe. poſtea neſ/
cientem ſui ex citatum. Nec ultra iſti quidem progredi mendacio
auſi. & enim fabula ut impleretur: addendum etiam illud fuit:
puerum eundem multa preſagio ꝑdixiſſe: quippe hoc emolumē/
tum canticiſ accipimuſ preſagiū: & diuinationē. nec modo uulgi
opinione: uerumetiā doctorū uirorū autoritate hoc miraculū
de pueriſ confirmatur. Memini me apud Varronē philoſophū:
uirum accuratiſſime doctum: atq; eruditum cum alia huiuſmodi
tum hoc etiam legere Trallibuſ de euentu Mithrydatici belli
magica percontatione conſulantibuſ puerum in aqua ſimulacrū
Mercurii contemplantem: que futura erant. C. lx. uerſibuſ ceci/
niſſe. Itemq; Fabium cum quingentoſ denarioſ perdidiſſet: ad
Nigidium conſultum ueniſſe: ab eo pueroſ carmine inſtinctoſ
indicaſſe: ubi locorum defoſſa eſſet crumena cum parte eorum.
Ceteri ut forent diſtributi. unum etiā denarium ex eo numero
habere. M. Catonem philoſophum: quē ſe a pediſſequo in ſtipe
Apolliniſ accepiſſe: Cato confeſſuſ eſt. Hec & alia apud pleroſq;
de magiſ & pueriſ lego equidem: ſed dubiuſ ſententie ſum: dicam
ne fieri poſſe: an negem? q̃q̃ Platoni credā: inter deoſ atq; homi/
neſ: natura & loco mediaſ quaſdā diuorum poteſtateſ interſitaſ:
eaſq; diuinationeſ cunctaſ & magorū miracula gubernare. quin
& illud mecū reputo: poſſe animū humanū: & puerilē preſertim
ſimplicemq;: ſeu carminum auocamēto: ſiue odorum delenimēto
ſoporari. & ad obliuionem preſētium externari: & pauliſper re/
mota corporiſ memoria: redigi ac redire ad naturam ſuam: que
eſt immortaliſ ſcilicet: & diuina: atq; ita ueluti quodam ſapore
futura rerum preſagare. Verum enimuero: ut iſta ſeſe habent:
ſi qua fideſ hiſce rebuſ impertiēda eſt: debet ille neſcioqui puer:
prouiduſ: quantum ego audio: & corpore decoruſ: atq; integer:

deligi: & animo ſollerſ: & ore facũduſ: ut in eo: aut diuina ptãſ:
quaſi boniſ edibuſ: diuerſetur: ſi tamen ea pueri in corpore in/
cluditur: aut ipſe animuſ expergituſ: cito ad diuinationem ſuam
redigatur. que ei prompte inſita: & nulla obliuione ſaucia: &
bebeſ facile reſumatur. non enim ex omni ligno: ut Pythagoraſ
dicebat: debet Mercuriuſ exculpi. Quod ſi ita ẽ: nominate quiſ
ille fuerit puer ſanuſ: incolumiſ: ingenioſuſ: decoruſ: quem ego
carmine dignatuſ ſim initiare. Ceterum Thalluſ quem nomi/
naſtiſ: medico potiuſ: q̃ mago indiget. Eſt enim miſer morbo
comitiali ita infectuſ: ut ter aut quater die ſepenumero: ſine
ulliſ cantaminibuſ corruat. omniaq; membra conflictionibuſ
debilitet. facie ulceroſuſ. fronte & occipitio conquaſſatuſ. oculiſ
bebeſ. naribuſ biulcuſ. pedibuſ caducuſ? Maximuſ omnium ma/
guſ eſt: quo preſente Thalluſ diu ſteterit. ita plerunq; morbo
ceu ſomno uergenſ inclinatur. Eum tamen uoſ carminibuſ meiſ
ſubuerſum dixiſtiſ: q forte me coram ſemel decidit. conſerui eiuſ
pleriq; adſunt: quoſ exbiberi denuntiaſtiſ. poſſunt dicere bo/
mineſ: quid in Thallo deſpiciant. cur nemo audeat cum eo ex
eodem catino cenare. eodẽ poculo bibere. & quid ego de ſeruiſ?
uoſ ipſi uidetiſ. negate Thallum multo priuſ: q̃ ego æeam ueni/
rem: corruere eo morbo ſolitum. medicíſ ſepenumero oſtenſum.
negant boc conſerui eiuſ. qui ſunt in miniſterio ueſtro? omniũ
rerum conuictum me fatebor. niſi de omnium conſenſu: ruſ
diu ablegatuſ eſt in longinquoſ agroſ: ne familiã contaminaret:
quod ita factum nec ab illiſ negari poteſt. eo nec potuit bodie
à nobiſ exbiberi. Nã ut omniſ iſta accuſatio temeraria & repẽ/
tina fuit: nudiuſtertiuſ nobiſ Emilianuſ denuntiauit: ut ſeruoſ.
numero. xv. apud te exbiberemuſ. adſunt. xiiii: qui in oppido
erãt. Thalluſ ſoluſ: ruſ ablegatuſ ut dixi quidem: ferme ad cen/
teſimum lapidẽ longe ex oculiſ. Thalluſ ſoluſ abeſt. ſed miſimuſ
qui eum curriculo aduebat. interroga Maxime quattuordecim
ſeruoſ: quoſ exbibemuſ. Thalluſ puer ubi ſit: & q̃ ſalue agat. in/
terroga ſeruoſ accuratorum meorum. nõ negabunt turpiſſimũ
puerum corpore putri: & morbido: caducum: barbarum ruſti/
canum. Bellum uero puerum elegiſtiſ: quem quiſ ſacrificio adbi/
beat. cuiuſ caput cõtingat. quem pulchro pallio amiciat. a quo
reſpõſum ſperet. uellem bercule adeſſet: tibi eum Emiliane per/
miſiſſem. ut tenereſ ipſe: ut interrogareſ: iam in media queſtione:

hic ibidem pro tribunali oculoſ trucis in te inuertiſſet. faciem
tuam ſpumabunduſ conſpuiſſet. manuſ contraxiſſet. caput ſuc/
cuſſiſſet. poſtremo ĩ ſinu tuo corruiſſet. Quattuordecim ſeruoſ:
quoſ poſtulaſti: exhibeo. cur illiſ ad queſtionem nihil uteriſ?
unum puerum: atq; eum caducum: requiriſ. quem olim abeſſe
pariter mecum ſciſ? Que alia eſt euidētior calumnia? xiiii. ſerui
petitu tuo adſunt. eoſ diſſimulaſ. unuſ puerulus abeſt: eum inſi/
mulaſ. Poſtremo quid uiſ? puta Thallum adeſſe? uiſ probare
eum preſente me concidiſſe? ultro confiteor. carmine id factum
dicis? Hic puer neſcit. ego non factum: reuinco. nunc caducum
eſſe puerum. nec tu audebiſ negare. Cur ergo carmini potiuſ:
q̄ morbo attribuat̄ eiuſ ruina? An euenire non potuit: ut forte
preſente me idem pateretur: quod ſepe aliaſ multiſ preſentibuſ?
quod ſi magnum putarem: caducum deicere: quid opuſ carmine
fuit? Cum incenſuſ gagateſ lapiſ: ut apud phyſicoſ lego: pulchre
& facile hunc morbum exploraret. Cuiuſ odore etiam in ue/
nalicijs uulgo. ſanitatem: aut morbum uenalium experiantur.
Etiam orbiſ a figulo circunactuſ. non difficile eiuſdem ualitu/
dinis hominē uertigine ſui corrigit ita ſpectaculum rotationiſ
eiuſ animum fauciū debilitat: ac multo pluſ ad caducoſ cōſter/
nendoſ figuluſ ualet: q̄ maguſ. Tu fruſtra poſtulaſti: ut ſeruoſ
exhiberē. ego non de nihilo poſtulo: ut nomineſ: qui nam teſ/
teſ huic piaculari ſacro adfuerint. cum ego ruentem Thallum
impellerem. unum omnino nominaſ puerulum illum Sicinium
pudētem: cuiuſ me nomine accuſaſ: iſ enim affuiſſe ſe dicit. Cuiuſ
puericia. & ſi nihil ad religionem ſuffragaretur: tamen accuſa/
tio fidem derogaret. Faciliuſ fuit Emiliane: ac multo grauiuſ:
tete ut ipſum dicereſ interfuiſſe: & ex eo ſacro cepiſſe dementiri
potiuſ: q̄ totum negotium: quaſi ludicrum: pueriſ donareſ. pu/
er cecidit. puer uidit. num etiam puer aliquiſ incantauit? Hic
ſatiſ ueteratorie Tannoniuſ pudenſ: cum hoc quoq; menda/
cium frigere: ac prope iam omnium uultu: & murmure exploſū
uideret: ut uel ſuſpitioneſ quorundam ſpe moraretur: ait pue/
roſ alioſ producturum. qui ſint eque a me incantati. atq; ita ad
aliam ſpeciem argumenti tranſgreſſuſ eſt. ❡Quod quanq̄ diſſi/
mulare potui: tamen ut omnia: ita hoc quoq; ultro prouoco.
cupio enim produci eoſ pueroſ: quoſ ſpe libertatiſ audio con/
firmatoſ ad mentiendum. ſed nihil ampliuſ dico q̄ ut producāt.

Poſtulo igitur & flagito Tannoni pudenſ ut expleaſ: quod eſ polliatuſ. cedo pueroſ iſtoſ quibuſ confiditiſ. produc: nomīa qui ſint. mea aqua licet ad hoc utare. dic inquã Tannoni. quid taceſ? quid cõtariſ? quid reſpectaſ? ꝙ ſi hic neſcit quid dixerit: aut no/ mina oblituſ ē: at tu Emiliane cede huc. dic quid aduocato tuo mandaueriſ. exhibe pueroſ. quid expalluiſti? quid taceſ? Hoccine accuſare eſt? Hoccine tm̄ crimen deferre? An Claudiũ Maximũ tantum uirum ludibrio habere? me calumnia inſectari? ꝙ ſi forte patronuſ tuuſ uerbo prolapſuſ eſt: et nulloſ pueroſ habeſ: quoſ producaſ: ſaltem. xiiii. ſeruiſ: quoſ exhibui: ad aliqd utere. aut cur ſiſti poſtulabaſ? tantam familiam magie accuſanſ: de. xv. ſeruiſ denuntiaſti. ꝙ ſi de ui accuſareſ: quot tandem ſeruoſ poſtulareſ? Sciũt ergo aliqd. xv. ſerui: et occultũ eſt? an occultum nõ eſt: et magicũ eſt? Alterũ hoꝝ fateariſ neceſſe eſt. aut illicitũ nõ fuiſſe: in quo tot cõſcioſ nõ timuerim. aut ſi illicitũ fuit: ſcire tot cõſcioſ nõ debuiſſe. Magna iſta q̃tum ego audio. reſ ē legibuſ delegata. iam inde antiqtuſ. xii. tabuliſ ꝓpter incredũdaſ frugũ illecebraſ interdicta. Igit̃ et occulta nõ minuſ q̃ tetra & horribiliſ: plerũq; noctibuſ uigilata. et tenebriſ obſtruſa. et arbitriſ ſolitaria. et car/ minibuſ murmurata. cui nõ mõ ſeruoꝝ: uerũ etiã liberoꝝ pauci adhibentur. et tu. xv. ſeruoſ uiſ interfuiſſe. nuptie ne ille fuerũt: an aliud celebratũ offitium? an cõuiuiũ tempeſtiuum? xv. ſerui ſacrum magicũ participant. quaſi. xv. uiri ſacriſ faciundiſ creati. Cui tamen rei tot numero adhibuiſſem: ſi conſcientie nimiſ multi ſunt? xv. liberi hoīeſ populuſ eſt. totidem ſerui familia. totidem uincti ergaſtulum. An adiutorio multitudo eoꝝ neceſſaria fuit: q̃ diutine hoſtiaſ luſtraliſ tenerent? at nullaſ hoſtiaſ niſi gallinaſ nominaſti? An ut grana turiſ numerarent? An ut thallum pro/ ſternerent? Mulierem etiam liberam perductam ad me domum dixiſtiſ: eiuſdẽ thalli ualitudiſ. Quã ego pollicituſ ſim curaturũ. eam quoq; incantatam a me corruiſſe. ut uideo uoſ paleſtritam: nõ magum accuſatum uenistiſ. ita omiſ qui me acceſſerint: inter/ dictiſ cecidiſſe. negauit tamen querente te Maxime Themiſon medicuſ: a quo mulier ad inſpiciendum perducta eſt: quicq̃ ultra paſſam: niſi queſiſſe me: ecquid illi aureſ obtinnirent? et utra eoꝝ magiſ. ubi reſpõderit: dextram ſibi aurem nimiſ inquietam con/ feſtim diſceſſiſſe. Hic ego Maxime quanq̃ ſedulo impreſentiarũ a laudibuſ tuiſ tempero: neubi tibi ob cauſam iſtã uidear blan/

dicuſ: tamē ſollertiam tuam in percontando nequeo qn laudem. Dudū enim cū agitarent̄ hec: et illi incantatā mulierē dicerent: medicuſq adfuerat: abnueret: queſiſti tu nimiſ q̄ prudēter: quod mihi emolumentum fuerit incantandi. reſponderunt: ut mulier rueret. Quid deinde mortua ē inqſ? negarunt. Quid ergo dicitiſ: ꝙ Appuleii cōmodum: ſi ruiſſet? Ita enī pulchre ac perſeuerāter tertio queſiuiſti: ut qui ſcireſ omniū factorū rationeſ diligentiuſ examinādaſ. ac ſepiuſ cauſaſ queri: facta concedi. eoq; etiam pa/tronoſ litigatorum cauſidicoſ nominari: ꝙ cur queq; facta ſint: expediant. Ceterū negare factū: faciliſ reſ eſt: et nullo patrono indiget. recte factum: uel ꝑperam docere: id uero multo arduū et difficile eſt. Fruſtra igitur an factū ſit: queritur: quod nullam malā cauſam habuit: ut fieret. ita facti reuſ: apud bonū iudicem ſcrupulo queſtiōiſ liberatur: ſi nulla fuit ei ratio peccandi. Nunc quoniā neq; incātatam: neq; proſtratam mulierem probauerūt: et ego nō nego petitu medici a me inſpectā: dicā tibi Maxime: cur illud de auriū tinnitu queſierim: nō tam purgādi mei gratia in ea re: quā tu iam preiudicaſti: neq; culpe neq; crimini confinē. q̄ ut neqd auribuſ tuiſ: et doctrine tue cōgruenſ reticuerim. Dicā igitur: q̄breuiſſime potuero. etenī admonēduſ eſ mihi: nō docen/duſ. Plato philoſophuſ in illo preclariſſimo Timeo: celeſti quadā facundia uniuerſum mundū molituſ: poſtq̄ de noſtri quoq; aīmi triniſ poteſtatibuſ ſollertiſſīe diſſeruit: et cur queq; mēbra nobiſ diuina prouidentia fabricata ſint: aptiſſime demōſtrauit: cauſam morborū oīum trifariam percenſet. Primam cauſam primordiſ corporiſ attribuit. Si ipē elemētorum qualitateſ: humida & fri/gida: et hiſ due aduerſe nō congruant: id adeo euenit: cū quepiā earū modo exceſſit. aut loco demigrauit. Sequenſ cauſa morboꝝ ineſt in eorum uitio: que iam concreta ex ſimplicibuſ elementiſ: una tamen ſpecie coaluerunt. ut eſt ſanguiniſ ſpecieſ. et uiſceriſ. et oſſiſ. et medulle. porro illa que ex hiſce ſingularibuſ mixta ſunt. Tertio in corpore concremata uarii felliſ: et turbidi ſpiritiſ: et pinguiſ humoriſ: nouiſſima egritudinū incitamēta ſunt. Quoꝝ e numero precipua ſit materia morbi comicialiſ. de quo dicere ex/orſuſ ſum: cum caro in humorem craſſum: et ſpumidum inimico igni cōliqueſcit. et ſpiritum indidem parto excandore compreſſi aeriſ albida & tumida tabeſ fluit. Ea nāq; tabeſ: ſi foraſ corporiſ proſpirauit: maiore dedecore: q̄ noxa diffunditur. pectoriſ enim

primorem cutim uitiligine inſignit. et om̄imodiſ maculationibuſ
conuariat. ſed cui hec uſu uenerit: nunq̄ poſtea comiciali morbo
attemptatur. ita egritudinem aı̄mi grauiſſimam: leui turpitudine
corporiſ compeſcat. Enim uero ſi pernicioſa illa dulcedo intuſ
cohibita. et bili atre ſotiata ueniſ om̄ibuſ furenſ peruaſit: deinde
ad ſummū caput uiam molita dirum fluxum cerebro immiſcuit:
ilico regalem partem aı̄mi debilitat. que ratione pollenſ: uerticē
hominiſ uelut arcem: & regiam inſedit. eiuſ quippe diuinaſ uiaſ
et ſapientiſ meatuſ obruit. et obturbat. quod facit minore p̄nicie
per ſoporem: cū potu & cibo plenoſ: comicialiſ morbi prenuntia
ſtrangulatione modice angit. ſed ſi uſq; adeo aucta eſt: ut etiam
uigilantium capiti offūdatur: tum uero repentino mentiſ nubilo
obtorpeſcunt. et moribundo corpore ceſſante animo cadūt. eum
noſtri non modo maiorem & comicialem: uerum etiam diuinum
morbum: ita ut greci nuncuparunt: uidelicet ꝙ aı̄mi partem ra/
tionalē: que lōge ſanctiſſima eſt: eam uiolet. Agnoſciſ Maxime
rationē Platoniſ: q̄tum potui: pro tempore ꝑſpicue explicatam.
cui ego fidem arbitratuſ: cauſam diuini morbi eē: cum illa peſtiſ
in caput redundauit: haudquaq̄ uideor de nihilo percōtatuſ: an
eſſet mulieri illi caput graue? ceruix torpenſ? tempora pulſata?
auriſ ſonora? et ceterum: ꝙ dextre auriſ crebrioreſ tinnituſ fate/
batur: ſignum erat morbi penituſ adacti. nam dextera corporiſ
ualidiora ſunt. eoq; minuſ ſpei ad ſanitatem relinquūt: cū et ipa
egritudini accumbunt. Ariſtoteleſ adeo in problematiſ ſcriptum
reliquit: quibuſ eque caduciſ a dextero morbuſ occipiat: eorū eſſe
difficiliorem medelam. Longum eſt ſi uelim Theophraſti quoq;
ſententiā de eodem morbo recenſere. Eſt enim etiā eiuſ egregiuſ
liber de caduciſ. quibuſ tamen in alio libro: quem de non uiden/
tibuſ animalibuſ conſcripſit: remedio eſſe ait exuuiaſ ſtellionum:
quaſ uelut ſenium more ceteroꝝ ſerpentium: temporibuſ ſtatutiſ
exuant. ſed niſi cōfeſtim eripiaſ: maligno ne p̄ſagio: an naturali
ad petentia ilico conuertuntur: et deuorant. Hec idcirco cōme/
moraui nobilium philoſophorū diſputata: ſimul et libroſ ſedulo
nomīaui: nec ullum ex mediciſ aut poetiſ uolui attingere: ut iſti
deſināt mirari: ſi philoſophi ſuapte doctrina cauſaſ morborum
et remedia nouerunt. Igitur cum ad inſpiciendum mulier egra
curatiōiſ gratia: ad me perducta ſit: atq; hoc & medici confeſſiōe:
qui adduxit ad meam ratiocinationē recte factū eſſe cōueniat:

aut cóſtituant magi: et malefici hominiſ eſſe morbiſ mederi: aut
ſi hoc dicere nó audent: fateantur ſe in puero & muliere caduciſ:
uanaſ & ꝑſuſ caducaſ calúniaſ intēdiſſe. Immo ení ſi audire uerú
uelíſ Emiliane: tu potiuſ caducuſ: q iam tot calumniiſ cecidiſti.
neq; ení grauiuſ eſt corpore: q̃ corde collabi. pede potiuſ: q̃ mēte
corruere. í cubiculo deſpui: q̃ in ipō ſplēdidiſſimo cetu deteſtari.
At tu fortaſſe te putaſ ſanum: quod nó domi contineriſ. ſed in/
ſaniam tuam: quoquo te duxerit: ſequeriſ. At qui ſi cótendere uiſ
furorem tuum: cú thalli furore: inuenieſ non permultú intereſſe:
niſi ꝙ thalluſ ſibi: tu etiā alii furiſ. Ceterú thalluſ oculoſ torquet:
tu ueritatem. thalluſ manuſ contrahit: tu patronoſ. thalluſ paui/
mentiſ illiditur. tu tribunalibuſ. Poſtremo ille quicquid agit: in
egritudine facit. ignoranſ peccat. At tu miſer prudenſ & ſcienſ
delinquiſ. tanta uiſ morbi te inſtigat. falſum pro uero inſimulaſ.
infectum pro facto criminariſ. quē innocentem liquido ſciſ: tamē
accuſaſ ut nocentem. Quin etiā quod preterii: ſunt que fateariſ
neſcire: et eadem rurſuſ quaſi ſciaſ criminariſ. Aiſ ení me habuiſſe
quedā ſudariola inuoluta apud lareſ pontiani. Ea inuoluta que
et cuiuſmodi fuerint: neſciſſe te confiteriſ. neq; ꝑterea quenq̃ eſſe
qui uiderit: tamē illa contendiſ inſtrumenta magie fuiſſe. Nemo
tibi blandiatur Emiliane. Non eſt in accuſando uerſutia. ac ne
impudentia quidem. ne tu arbitreriſ. quid igitur? Furor infelix
acerbi aími: et miſera inſania crude ſenectutiſ. Hiſ. n. pene uerbiſ
cú tam graui & perſpicaci iudice egiſti. Habuit Apuleiuſ quepiā
linteola inuoluta apud lareſ pontiani. Hec quoniā ignoro que
fuerint: idcirco magica fuiſſe contendo. Crede igitur mihi quod
dico: quia id dico: quod neſcio. O pulchra argumenta: et aperte
crimen reuincētia. hoc fuit: quoniam quid fuerit: ignoro. Soluſ
repertuſ eſ Emiliane. qui ſciaſ etiā illa que neſciſ. tantú ſup om̄eſ
ſtulticie uectuſ eſ? q̄ppe q ſollertiſſimi: et acerrimi philoſophorú
fuerunt. ne iiſ quidem cófidendum eſſe aiunt: que uidemuſ. At tu
de illiſ quoq; affirmaſ: que neq; conſpexiſti unquá. neq; audiſti.
Pontianuſ ſi uiueret: atq; eú interrogareſ: que fuerint in illo in/
uolucro: neſcire ſe reſpóderet. libertuſ etiā ille: qui clauiſ eiuſ loci
in hodiernú habet: et a uobiſ ſtat: nunq̃ ſe ait inſpexiſſe. quanq̃
ipē aperiret. utpote promuſ librorum. qui illic erant códiti pene
quotidie. et clauderet ſepe nobiſcum. multo ſepiuſ ſoluſ intraret.
linteum in menſa poſitum cerneret: ſine ullo ſigillo: ſine uinculo.

Quid ni enim magice reſ in eo occultabātur: eo negligentiuſ ad/
ſeruabam. ſed enim libere ſcrutandū: et inſpiciendū: ſi liberet etiā
auferendum: temere exponebam. aliene cuſtodie cōmendabam.
alieno arbitrio ꝑmittebam. Quid igitᷓ impreſentiaꝝ uiſ tibi credi:
quod ne Pontianuſ ꝗdem ſciret: q indiuiduo cōtubernio mecum
uixit: id te ſcire quem nunq̃ uiderim: niſi pro tribunali. An quod
libertuſ aſſiduuſ: cui omīſ facultaſ inſpiciēdi fuit: quod iſ libertuſ
nō uiderit: te qui nunq̃ eo acceſſeriſ: uidiſſe? Deniq; ut quod non
uidiſti: id tale fuerit: quale dicis? Atqui ſtulte ſi hodie illud ſuda/
riolum tu intercepiſſeſ: quicꝗd ex eo ꝓmereſ: ego magicū negarē.
tibi adeo ꝑmitte: finge ꝗduiſ: reminiſcere: excogita: quod poſſit
magicū uideri: tñ de eo tecū decertarē. aut ego ſubiectū dicerem.
aut remedio acceptū. aut ſacro traditū. aut ſomnio impatū. mille
alia ſunt: quibuſ poſſem more cōi: et uulgatiſſima obſeruationū
cōſuetudine uere refutare. Nunc id poſtulaſ: ut qđ deprebenſum
et detētum: tamē nibil me apud bonum iudicem lederet: id inani
ſuſpitiōe incertū & incognitū condemnet. Haud ſciam: an rurſuſ
ut ſoleſ: dicaſ: quid ergo illud fuit: quod linteo tectū apud lareſ
potiſſimū depoſuiſti? Ita ne eſt Emiliane. ſic accuſaſ: ut omīa a
reo ꝑcontere. nibil ip̃e adferaſ cognitum. quāobrem piſciſ: queriſ.
cur egram mulierē inſpexiſti? quid in ſudario babuiſti inſutum?
accuſatū an interrogatū ueniſti? ſi accuſatū: tu argue que diciſ. ſi
interrogatū: noli preiudicare: ꝗd fuerit. quod ideo te neceſſe eſt
interrogare: quia neſciſ. Ceterū boc ꝗdem pacto: omīſ bomīeſ rei
conſtituentᷓ: ſi ei qui nomē cuiuſpiā detulerit: nulla neceſſitaſ ſit
ꝓbandi: omīſ contra facultaſ ꝑcōtandi. ꝗppe omībuſ ſicut forte
negotiū magie faceſſitur: quicꝗd oīo egerint: obiicietur. uotū in
alicuiuſ ſtatue femore aſſignaſti: Igitᷓ maguſ eſ. aut cur ſignaſti?
tacitaſ p̃ceſ. in tēplo deiſ allegaſti: igitᷓ maguſ eſ: aut ꝗd optaſti?
Contra. nibil in templo precatuſ eſ: igitur maguſ eſ: aut cur deoſ
nō rogaſti? Similiter ſi poſueriſ donū aliquod: ſi ſacrificaueriſ: ſi
uerbenā ſumpſeriſ. Dieſ me deficiet: ſi omīa uelim perſequi: quorū
rōem ſimiliter calūniator flagitabit. p̃ſertim quod conditū cūq;:
qđ obſignatū: quod incluſū domi obſeruatᷓ: id omne eodē argu/
mento magicū dicetᷓ. aut e cella ꝓmptaria in forū atq; in iudiciū
ꝓferetur. Hec q̃ta ſint: et cuiuſcemōi Maxime: quātuſq; campuſ
calūniiſ: hoc Emiliāe tramite aperiatᷓ. q̄tiq; ſudoreſ innocētibuſ
boc uno ſudariolo adferātur: poſſum eqdem pluribuſ diſputare.

ſed faciá: quod inſtitui. et quod nó neceſſe eſt: cófitebor. et inter/
rogatuſ ab Emiliano: reſpódebo. Interrogaſ Emiliane. quid in
ſudario habuerim. At ego q̃q̃ oíno poſitú ullú ſudariú meum in
bibliothecha Pontiani poſſim negare: tñ maxime fuiſſe cócedam:
cum habeam dicere: nihil in eo inuolutú fuiſſe. que ſi dicam: neq;
teſtimoío aliquo: neq; arguméto reuincar. nemo ení q attigerit
eſt. unuſ libertuſ ut aiſ q uiderit. tñ inquá ꝑ me licet fuerit reper/
tiſſimú: ſic ení ſi uiſ arbitrare: ut olim Vlyxi ſocii theſauꝝ repiſſe
arbitrati ſunt: cú utrem uentoſiſſimú manticularent. Vin dicam
cuiuſmói illaſ reſ in ſudario obuolutaſ: laribuſ Pontiani cómen/
darim? Moſ tibi gerer. ſacrorú pleraq; initia in grecia ꝑticipaui.
Eorum quedá ſigna & monumenta: tradita mihi a ſacerdotibuſ
ſedulo conſeruo. nihil inſolitum: nihil incognitú dico. uel uniuſ
liberi patriſ ſymmyſte q adeſtiſ: ſcitiſ: quid domi conditú celetiſ. et
abſq; oḿibuſ prophaniſ tacite ueneremini. At ego ut dixi multi
iuga ſacra: et plurimoſ rituſ: uariaſ cerimóiaſ: ſtudio ueri & offitio
erga deoſ didici. Nec hoc ad tépuſ cópono. ſed abhinc ferme tri/
enniú eſt: cú primiſ diebuſ: qbuſ aeeam ueneram: publice diſſerenſ
de Eſculapii maieſtate: eadé iſta pre me tuli. et qđ ſacra noſſem
ꝑcenſui. Ea diſputatio celebratiſſima eſt. uulgo legitur. in omniú
máibuſ uerſat. nó tá facúdia mea: q̃ mentióe Eſculapii religioſiſ
aeenſibuſ cómendata. Dicite aliqſ: ſiqui forte meminit: huiuſ loci
principiú. Audiſne Maxime multoſ ſuggerentiſ? Immo etiá ecce
liber offert. recitari ip̃a hec iubebo: qm̃ oſtédiſ húaniſſio uultu:
auditóe te iſta nó grauari. Etiá ne cuiquá mirú uideri póc. cui ſit
ulla memoria religioniſ: hoíem tot myſteriiſ deú conſciú: quedá
ſacroꝝ crepúdia domi adſeruare? atq; ea lineo texto inuoluere:
q đ puriſſimú eſt rebuſ diuiniſ uelamentum. qppe lana ſegniſſimi
corpiſ excrementú pecori detracta: iá inde orphei & pythagore
ſcitiſ: ꝓphanuſ ueſtituſ é. ſed ení múdiſſima lini ſegeſ: inter optíaſ
frugeſ terra exorta: non modo indutui. et amictui. ſanctiſſimiſ
egyptioꝝ ſacerdotibuſ. ſed optui quoq; inde rebuſ ſacriſ uſurpat.
Atq; ego ſcio nónulloſ: et cú ꝓmiſ Emilianú iſtú facetie ſibi hére:
reſ diuinaſ deridere. nam ut audio ꝑcenſentibuſ iiſ: q iſtú nouere:
nulli deo ad hoc eui ſupplicauit. nullú téplú frequétauit. ſi fanú
aliqđ ꝑteriat: nephaſ habet: adorádi grá manú labriſ admouere.
Iſte uero nec diiſ ruratóiſ: q eú paſcút: ac ueſtiút: ſegetiſ ullaſ: aut
uitiſ: aut gregiſ ꝓmiciaſ impartit. nullú in uilla eiuſ delubrú ſitú.

nulluſ locuſ: aut lucuſ conſecratuſ. Et qd ego de luco. et delubro loquor? negant uidiſſe ſe qui fuere: unum ſaltem in finibuſ eiuſ: aut lapidem unctum: aut ramum coronatum. Igitur agnomēta ei duo indita Charon ut iam dixi: ob oriſ & animi diritatem. ſed alterū quod libentiuſ audit: ob deorū contemptum Mezentiuſ. Quapropter facile intelligo. haſce ei tot initiorū enumerationeſ nugaſ uideri. et forſan ne ob hanc diuini cōtumaciā nō inducat in animū: uerū eſſe quod dixi: me ſanctiſſime tot ſacrorū ſigna: et memoracula cuſtodire. Sed ego qd de me Mezentiuſ ſentiat: manum non uorterim. Ceteriſ autem clariſſima uoce profiteor: ſiqui forte adeſt: eorundem ſollemnium mihi participſ: ſignum dato: et audiat licet: que ego adſeruem: nam equidem nullo unq̃ periculo compellar: que reticenda accepi: hec ad prophanoſ an/ nūciare. ¶ Vt puto Maxime ſatiſ uideor: cui uiſ. uel iniquiſſimo animū expleſſe. Et quod ad ſudariū pertineat: omnem criminiſ maculam deterſiſſe. ac bono iam periculo ad teſtimonium illud Craſſi: quod poſt iſta quaſi grauiſſimum legerūt: a ſuſpitionibuſ Emiliani tranſcenſuruſ. Teſtimonium ex libello legi audiſti Gumie cuiuſdam: et deſperati Lurconiſ: Iunii Craſſi: me in eiuſ domo nocturna ſacra cum Appio Quintiano amico meo facti/ taſſe. qui ibi mercede diuerſabatur. Idq; ſe ait Craſſuſ. quanq̃ meo tempore uel Alexandrie fuerit: tamen a cede & fumo: et auium plumiſ comperiſſe. ſcilicet eum cum Alexādrie ſympoſia obiret. eſt enim Craſſuſ iſte: qui non inuituſ de die in ganeaſ correpat. In illo cauponiſ nidore pinnaſ: de penatibuſ ſuiſ aduectaſ aucu/ patum: fumum domuſ ſue agnouiſſe: patrio culmine longe ex/ ortum. Quem ſi oculiſ uidit: ultra Vlyxi uota & deſyderia. Hic quidem eſt oculatuſ. Vlyxeſ fumum terra ſua mergentem com/ pluribuſ anniſ e littore proſpectanſ: fruſtra captauit. Craſſuſ in pauciſ ꝗbuſ abfuit menſibuſ: eūdem fumū: ſine labore in taberna uinaria ſedenſ cōſpexit. Sin uero naribuſ nidorem domeſticum preſenſit: uincit idem ſagacitate odorandi caneſ: et ulturioſ? cui enim cani: cui ulturio alexandrini celi quicq̃ abuſq; aeenſium finibuſ oboleat? Eſt quidem Craſſuſ iſte ſummuſ belluo: et omīſ fumi nō imperituſ. ſed ꝓfecto ſtudio bibendi: quo ſolo cenſetur: faciliuſ ad eum alexādria uini aura q̃ fumi ꝑueniret. Intellexit hoc et ipſe incredibile futurum. Nam dicitur ante horam diei ſecundā: ieiunuſ adhuc & abſtemiuſ: teſtimoniū iſtud uendidiſſe.

Igitur ſcripſit: hec ſe ad hunc modū cōperiſſe. poſtq̄ alexandria
reuenerit: domū ſuam recta cōtendiſſe: ex qua iam Quintianuſ
migrarat. ibi in ueſtibulo multaſ auiū pinnaſ offēdiſſe. preterea
parieteſ fuligine deformatoſ. queſiſſe cauſaſ ex ſeruo ſuo: quē aee
reliquerit. eūq; ſibi de meiſ & Quintiani nocturniſ ſacriſ indicaſſe.
Quā uero ſubtiliter compoſitum: et ueriſimiliter cōmentum? me
ſi quid eiuſ facere uellem: non domi mee potiuſ facturū fuiſſe.
Quintianū iſtū qui mihi aſſiſtit: quē ego pro amicicia: que mihi
cū eo artiſſima eſt: proq; eiuſ egregia eruditiōe: et perfectiſſima
eloquētia: honoriſ & laudiſ gratia nomio. Hūc igit̄ Quintianū
ſi quaſ auiſ in cena habuiſſet: aut quod aiunt: magie cauſa intere/
miſſet: puerum nullum habuiſſe: qui pinnaſ cōuerreret. et foraſ
abiceret. Preterea fumi tantam uim fuiſſe: ut parieteſ atroſ red/
deret. eamq; deformitatem: quoad habitauit paſſum in cubiculo
ſuo Quintianum? Nihil diciſ Emiliane? Non eſt ueriſimile. niſi
forte Craſſuſ non in cubiculum reuerſuſ perrexit: ſed ſuo more
recta ad focum. Vnde autem ſeruuſ Craſſi ſuſpicatuſ eſt noctu
potiſſimum parieteſ fumigatoſ? an ex fumi colore? uidelicet fu/
muſ nocturnuſ nigrior eſt: eoq; diurno fumo differt? Cur autē
ſuſpicax ſeruuſ: ac tam diligenſ: paſſuſ eſt Quintianum migrare:
priuſ q̄ mundam domū redderet? Cur ille plume quaſi plumbee:
tam diu uſq; ad aduentū Craſſi manſerūt? nōne ſimul & Craſſuſ
ſeruuſ ſuuſ? ſed ipe hec potiuſ de fuligine & pinniſ mētituſ eſt? dū
non pōt nec in teſtimonio dando diſcedere longiuſ a culina. Cur
aūt teſtimoniū ex libello legiſtiſ? Craſſuſ ipe. Vbi gentium eſt?
An alexandriā tedio domuſ remeauit? An parieteſ ſuoſ detergit?
An quod ueriuſ eſt: ex crapula belluo attēptatur? Nam eqdem
hec fabra tecū heſterna die aīmaduerti ſatiſ notabiliter ī medio
foro: tibi Emiliane obructantem. quere a nomenclatoribuſ tuiſ
Maxime. quanq̄ eſt ille cauponibuſ: q̄ nomenclatoribuſ notior.
tamē inquā interroga: an hic Iunium Craſſum aeēſem uiderint.
nō negabunt. exhibeat nobiſ Emilianuſ iuuenem honeſtiſſimū
cuiuſ teſtimonio nititur: qd ſit diei uideſ: dico Craſſum iam dudū
ebriū ſtertere. aut ſecundo lauacro ad repotia cene obeunda ui/
nolentū ſudorem in balneo deſudare. Iſte cūmaxime preſenſ per
libellum loquitur. nō quin adeo ſit alienatuſ omī pudore: ut etiā
ſub oculiſ tuiſ ſi foret: ſine rubore ullo mētiretur. ſed fortaſſe nec
tantulū potuit ebriuſ ſibi temperare: ut hanc horam ſobrie ex/

pectaret. aut potius Emilianus de consilio fecit: ne eum sub tam ſeueris oculis tuis cōstitueret. ne tu beluam illam: uulsis maxillis: fedo aspectu: de ſpecie improbares: cum aīmaduertiſſes caput iu/uenis: barba & capillo populatū. madentis oculos. cilia turgētia. rictū. saliuosa labia. uocem absonam. manuū tremorem. ructus. Nam patrimoniū omne iam iam pridem abliguritum. nec quicq̄ ei de bonis paternis ſupereſt: niſi una domus: ad calumniam uen/ditandam. quam tamen nunquā carius: quam in hoc teſtimonio locauit. nam temulentū iſtud mendacium tribus milibus nummis Emiliano huic uendidit. idq; eee nemini ignoratur. Omnes hoc anteq̄m fieret cognouimus. et potui denunciatione impedire: niſi ſcirē mēdacium tā ſtultū potius Emiliano: q fruſtra redimebat: q̄ mihi qui merito cōtemnebam: obfuturum. uolui et Emilianū damno affici: et Craſſum teſtimonii sui dedecore ꝓſtitui. Ceterū nudiuſtertius. haud quaq̄ occulta res acta eſt in Rufini cuiusdā domo: de quo mox dicam: interceſſoribus & deprecatoribus ipſo Rufino & Calpurniano: quod eo libentius Rufinus perfecit: q erat certus ad uxorem ſuam: cuius ſtupra ſciens diſſimulat: non minimam partem premii eius Craſſum relaturum. Vidi te quoq; Maxime coitionem aduerſum me: et coniurationem eorum pro tua ſapi entia ſuſpicatum. Simul libellus ille prolatus eſt: totam rem uultu aſpernātem. deniq; quanq̄ ſunt ſoluta audacia: et im/portuna impudētia prediti: tn̄ teſtimonio Craſſi: cuius oboluiſſe fecem uidebāt: nec ipſi auſi ſunt perlegere. nec quicq̄ eo niti. uerū ego iſta propterea cōmemoraui: non quod pinnaꝝ formidines: et fuliginis maculā: te preſertim iudice timerem: ſed ut ne impu/nitum Craſſo foret: q Emiliano homini ruſtico fumū uendidit.

¶ Vnde etiam crimē ab illis cum pudentille litteras legerent: de cuiusdā ſigilli fabricatiōe prolatum eſt: quod me aiūt ad magica maleficia occulta fabrica: ligno exqſitiſſimo cōparaſſe. et cum ſit celeti forma turpe & horribile. tamen impendio colore & greco uocabulo grecū uerbū deeſt nuncupare. Niſi fallor. ordine eoꝝ ueſtigia ꝓſequor. et ſingillatim appꝛhendens omnē calūnie textū retexo. Occulta fuiſſe fabricatio ſigilli: quod dicitis: q pōt? cuius uos adeo artificē nō ignoraſtis? ut ei uti preſto eēt: denūciaueritis. En adeſt Cornelius: Saturninus artifex: uir īter ſuos: et arte lau/datus: et moribus cōprobatus. q tibi Maxime paulo añ diligēter ſciſcitāti: oēm ordinē geſte rei ſumma cū fide: et ueritate ꝑcenſuit.

me cum apud eum multaſ geometricaſ formaſ Gnoſſo uidiſſem:
ſubtiliter & ad fabre factaſ: inuitatū eiuſ artificio: quedam me/
chanica ut mihi elaboraſſet petiſſe. ſimul et aliquod ſimulacrum
cuiuſcūq; uellet dei: cui ex more meo ſupplicaſſē: q̄cunq; materia
dūmodo lignea exculperet. Igič primo buxeā tēptaſſe. Interim
dum ego ruri ago: Sicinīū Pontianū priuignū meū: qui factum
uolebat: ípetratoſ hebeni loculoſ: a muliere boneſtiſſīa Capito/
lina ad ſe attuliſſe. Ex illa potiuſ materie rariore & durabiliore
uti faceret: adhortatū. Id munuſ cū primiſ gratū mihi fore. Sed
ea ſe feciſſe. p̄inde ut loculi ſuppetebāt. Ita minutatim ex tabelliſ
compacta craſſitudíe mercuriolū expediri potuiſſe. Hec ut dico
oía audiſti. Preterea a filio Capitoline ꝓbiſſimo adoleſcēte: qui
preſenſ eſt: ſciſcitāte te eadē dicta ſunt. Pontianū loculoſ petiſſe.
Pontianum Saturnino artifici detuliſſe. etiā illud non negatur:
Pontianū a Saturnino ꝑfectum ſigillū recepiſſe. et poſtea dono
mihi dediſſe. Hiſ omībuſ palam atq; aperte probatiſ: quid oíno
ſupeſt: in quo ſuſpitio aliqua magie deliteſcat? Immo quid oíno
eſt: quod uoſ manifeſti mendacii nō reuincat? occulte fabricatū
eſſe ſigillum dixiſtiſ: quod Pontianuſ ſplendidiſſimuſ equeſ fieri
curauit. quod Saturninuſ uir grauiſ: et probe íter ſuoſ cognituſ:
in tabernula ſua ſedenſ: propalam exculpſit. quod ornatiſſima
matrona munere ſuo adiuuit. quod et futuꝝ & factū multi cum
ſeruoꝝ: tū amicorū: q ad me uentitabant ſcirent. lignū a me toto
oppido: et q̄dem oppido queſitū: non piguit uoſ cōmentiri? quē
q̄dem abfuiſſe meo tēpore ſcitiſ. quē iuſſiſſe fieri q̄licunq; materia
probatū eſt. ¶ Tertiū mendaciū ueſtrū fuit: macilētam uel oíno
euiſceratam formā diri cadaueriſ fabricatam: ꝑrſuſ horribilē &
larualem. Quod ſi cōpertum habebatiſ añ euidenſ ſignū magie:
cur mihi ut exhiberem: non denuntiaſtiſ? An ut poſſetiſ in rem
abſentem libere mētiri? Cuiuſ tamē falſi facultaſ opportunitate
quadam mee cōſuetudiniſ uobiſ adempta eſt. Nam morem mihi
habeo quoquo eam: ſimulacrū alicuiuſ dei inter libelloſ conditū
geſtare. eiq; diebuſ feſtiſ: thure & mero: et aliquādo uictimiſ ſup/
plicare. Dudū ergo cū audirem ſceleſtū: perq̄impudenti mēdatio
dictitari: iuſſi curriculo iret aliq̄ſ: et ex hoſpitio meo mercuriolū
afferret: quē mihi Saturninuſ iſte eee fabricatuſ eſt. cedo tu eum.
uideant. teneant. cōſiderent. En uobiſ quē ſceleſtuſ ille ſceleſtum
noíabat. Auditiſ ne reclamationē omniū qui adſunt? Auditiſ ne

mendacii ueſtri damnationē? Non uoſ tot calumniarū tandem diſpudet? Hiccine eſt ſceleſtuſ? Hiccine ē larua? Hoccine ē quod appellitabatiſ demoniū? magicū ne iſtud: an ſollēne et cōmune ſimulacrum eſt? Accipe queſo Maxime: et cōtemplare bene. tam puriſ & tam piiſ māibuſ tuiſ tradiť reſ cōſecrata. En uide ꝗ facieſ eiuſ decora: et ſuci plena ſit: ꝗ hilariſ dei uultuſ: ut decēter utrinq; lanugo maliſ deſerpat: ut ī capite criſpatuſ capilluſ ſub uno pilei umbraculo appeat: ꝗ lepide ſup timpora pareſ pinnule emineāt: ꝗ autē feſtiue circa humeroſ ueſtiſ ſubſtricta ſit. Hunc q ſceleſtū audet dicere: profecto ille ſimulacra deorū nulla uidet. aut oīa negligit. Hunc deniq; q laruam putat: ipē eſt laruatuſ. ¶ At tibi Emiliane pro iſto mendacio: duat deuſ iſte ſuperum & inferum cōmeator: utrorūq; deorū malam gratiam. ſempq; obuiaſ ſpecieſ mortuorū. quicquid umbrarū eſt uſquā: quicqd lemurū: quicquid manium: quicquid laruarum oculiſ tuiſ oggerat. oīa noctium occurſacula. oīa buſtoꝝ formidamina. oīa ſepulchroꝝ terri/culamenta. a qbuſ tamē euo & merito haud longe abeſ. Ceterum platonica familia. nihil nouimuſ niſi feſtū & letum. et ſollemne. et ſuperum. et celeſte. qn altitudiniſ ſtudio: ſecta iſta etiā celo ipo ſublimiora quepiam ueſtigauit. et inextimo mundi tergo degit. Sit me uera dicere Maximuſ: qui legit in Phedro diligenter. Idem Maximuſ optime intelligit: ut de nomīe etiam uobiſ reſpōdeam? quiſ nam ſit ille nō a me primo: ſed a Platone nuncupatuſ? Quiſnam ſit ille βασιλευσ. totiuſ rerū nature cauſa. et ratio. et origo initialiſ. ſummuſ animi genitor. eternuſ animātum ſoſpitator. aſſiduuſ mūdi ſui opifex. ſed enim ſine opa opifex. ſine cura ſoſpitator. ſine propagatiōe genitor. neq; loco. neq; tempore. nec uice ulla comprehenſuſ. eoq; pauciſ cogitabiliſ. nemini effabiliſ. En ultro augeo magie ſuſpitionem: non reſpondeo tibi Emiliane quē colam: qn ſi ipe proconſul interroget: quid ſit deuſ meuſ: tacebo. De noīe ut im/preſentiarū ſatiſ dixi. quod ſupereſt. nec ipe ſum neſciuſ quoſdā circūſtantiū cupe audire: cur nō argento uel auro: ſed potiſſimū ex ligno ſimulacrum fieri uoluerim. idq; eoſ arbitror: non tam ignoſcendi: ꝗ cognoſcendi cauſa: deſiderare: ut hoc etiā ſcrupulo liberenť: cū uiderant oēm ſuſpitionē criminiſ abunde confutatā. Audi igiť cui cura cognoſcere eſt: ſed aīmo ꝗtum poteſ erecto: et attento: ꝗſi uerba ipa Platoniſ iam ſeniſ. de nouiſſimo legū libro

auditurus.                    Hoc eo prohibet. ut delubra nemo audeat priuatim conſtituere. cenſet etenim ſatis ciuibus ad immolandas uictimas templa publica. Deinde ſubnectit.                    ut oím aſſenſus declarauit: maximeq; qui in cõſilio eſtis: competẽtiſſime uideor uſus Platone: ut uite magiſtro: ita cauſe patrono. cuius legibus obedientem me uidetis.

NVnc tempus eſt ad epiſtolas Pudẽtille ꝑuerti: uel adeo totius rei ordinẽ paulo altius petere: ut omĩbus mãifeſtiſſime pateat: me quẽ lucri cupiditate inuaſiſſe Pudẽtille domũ dictitãt: ſi ullũ lucrũ cogitarem: fugere ſp a domo iſta debuiſſe. qn et in ceteris cauſis mĩme ꝓſperum matrimoniũ: et niſi ipſa mulier tot incõmoda uirtutibus ſuis repenſaret: inimicũ. Neq; enĩ ulla alia cauſa ꝑter caſſam inuidiam reperiri poteſt: que iudiciũ iſtud mihi: et multa antea ꝑicula uite cõflauerit. Ceterũ cur Emilianus cõmoueret̃: etſi uere me magũ conſpexiſſet: qui non modo ullo facto: ſed ne tantulo qdem dicto meo leſus eſt: ut uideretur ſe merito ultum ire. neq; aũt glorie cauſa me accuſat. ut. M. Antonius cũ Carbo/nẽ. C. Mutius. A. Albutiũ. P. Sulpitius. Cn. norbanũ. C. Furius .M. Aquiliũ. C. Curio. Q. Metellum. Quippe hoĩes eruditiſſimi iuuenes: laudis gratia primũ hoc rudimentũ forenſis oꝑe ſubibãt: ut aliquo ĩſigni iudicio ciuibus ſuis noſcerent̃. q mos incipiẽtibus adoleſcẽtulis: ad illuſtrandũ ingenii florẽ: apud antiquos cõceſſus diu exoleũ. qđ ſi nũc quoq; frequens eẽt: tñ ab hec ꝓcul abfuiſſet. Nam neq; facũdie oſtẽtatio rudi & indocto: neq; glorie cupido ruſtico & barbaro: neq; inceptio patrociniorꝫ: capulari ſeni con/gruiſſet. niſi forte Emilianus pro ſua ſeueritate exemplum dedit: et ipĩs maleficiis infenſus: accuſationẽ iſtam: pro morꝫ integritate ſuſcepit. At hoc ego Emiliano: nõ huic afro: ſed illi africano: et numantino: et preterea cenſorio: uix credidiſſem: ne huic frutici credã: nõ modo odiũ peccatorũ: ſed ſaltẽ intellectũ ineſſe. Quid igit̃ eſt? Cuius clare dilucet aliã rem inuidia nullã eſſe: que hunc et Herẽnium Rufinum impulſorem huius: de quo mox dicam: ceteroſq; inimicos meos: ad nectẽdas magie calũnias prouocarit. Quinq; igit̃ res ſũt: quas me oportet diſputare. nã ſi ꝓbe memini:

quod ad Pudentillã attinet. hec obiecere. ¶ Vna reſ eſt: qđ nunq̃ eã uoluiſſe nubere poſt priorẽ maritũ: ſed meiſ carminibuſ coactã dixere. Altera reſ ẽ de epiſtoliſ eiuſ. quã cõfeſſionẽ magie putãt.

Deinde ſexageſimo anno etatiſ. ad libidinẽ nupſiſſe. Quod in uilla ac nõ in oppido: tabule nuptialeſ ſint conſignate: tertio et q̃rto loco obiecere. Nouiſſĩa & eadẽ inuidioſiſſĩa crimĩatio de dote fuit. ibi omne uiruſ: totiſ uiribuſ adnixi effudere. ibi maxĩe angebãtur. atq; ita dixere: me grandẽ dotẽ mox in principio cõ/iũctiõiſ noſtre mulieri amãti: remotiſ arbitriſ: in uilla extorſiſſe. Que oĩa tã falſa: tã nihili: tã inania oñdam: adeoq; facile: et ſine ulla cõtrouerſia refutabo: ut mediuſſidiuſ uerear Maxĩe quiq; in cõſilio eſtiſ: ne demiſſum & ſubornatũ a me accuſatorẽ putetiſ: ut inuidiã meã reperta occaſione palã reſtinguerẽ. Mihi credite: ꝗ re ab ſe intelligetꝰ: oppidoq̃ mihi laborãdum eſt: ne tã friuolã accuſationẽ me potiuſ callide excogitaſſe: q̃ illoſ ſtulte ſuſcepiſſe exiſtimetiſ. Nunc dum ordinẽ rei breuiter pſequor: et efficio ut ipſe Emilianuſ recognoſcat: falſo ſe ad inuidiã meã inductũ: et longe a uero aberraſſe: neceſſe habeat confiteri: queſo uti adhuc feceritiſ: uel ſi quo magiſ etiã poteſtiſ: ipm fontẽ & fundamẽtum mendacii huiuſce diligentiſſime cognoſcaſtiſ. Aemilia Pudentilla que nũc mihi uxor eſt: ex quodã Sicinio amico: qui cum antea nupta fuerat: Pontianũ & Pudẽtem filioſ genuit. eoſq; pupilloſ in poteſtate aui relictoſ paterni. nam ſupſtite patre amicuſ de/ceſſerat. per annoſ ferme. xiiii. mẽorabili pietate ſedulo aluit. nõ tñ libẽter in ipo etatiſ ſue flore tam diu uidua. ſed puerorũ auuſ inuitã eam cõciliare ſtudebat alteri filio ſuo Sicinio claro: eoq; ceteroſ pcoſ abſterrebat. et pterea minabatꝰ: ſi extrario nupſiſſet: nihil ſe filiiſ eiuſ ex paterniſ eoꝝ boniſ teſtamẽto relicturũ. quã conditionem cũ obſtinate propoſitam uideret mulier ſapienſ: et egregie pia: ne qd filiiſ ſuiſ eo noĩe incõmodaret: facit q̃dem ta/bulaſ nuptialeſ: cũ quo iubebatꝰ cũ Sicinio claro. uerũ enimuero uaniſ fruſtrationibuſ nuptiaſ eludit. eoad dum pueroꝝ auuſ fato cõceſſit: relictiſ filiiſ eiuſ heredibuſ. ita ut Pontianuſ q maior natu erat: fratri ſuo tutor eſſet. Eo ſcrupulo liberata: cũ a principibuſ uiriſ in matrimoniũ peteretꝰ: decreuit ſibi diutiuſ in uiduitate nõ pmanẽdum. q̃ppe ut ſolitudiniſ tediũ ppeti poſſet: tñ egritudinẽ corpiſ ferre nõ poterat. mulier ſancte pudica: tot ãniſ uiduitatiſ ſine culpa: ſine fabula: aſſuetudine cõiugiſ torpenſ. et diutino ſitu

uiſcerũ ſautia: uiciatiſ intimiſ uteri: ſepe ad extremũ uite diſcrimẽ doloribuſ obortiſ exaĩabatᷓ. medici cũ obſtetricibuſ cõſentiebãt: penuria matrimonii morbũ queſitũ. malũ in dieſ augeri. egritu/dinem ingraueſcere. dũ etatiſ aliquid ſupſit: nuptiiſ ualitudinem medicãdũ. Conſiliũ iſtud cũ alii approbãt: tũ maxĩe Emilianuſ iſte: q paulopriuſ cõfidentiſſimo mendacio adſeuerabat: nunq̃ de nuptiiſ Pudentillã cogitaſſe: priuſq̃ foret magiciſ maleficiiſ a me coacta me ſolũ repertũ: q uiduitatẽ eiuſ uelut quãdam uirgini/tatem carminibuſ & ueneniſ uiolarem. Sepe audiui nõ de nihilo dici mẽdacem memorem oportere. At tibi Emiliane nõ uenit in mentem priuſq̃ ego aeeam uenirem: te litteraſ etiam uti nuberet: ſcripſiſſe ad filiũ eiuſ Pontianũ: q tũ adultuſ rome agebat. Cedo tu epiſtolam: uel potiuſ da ipi. legat. ſua ſibi uoce: ſuiſq; uerbiſ ſeſe reuincat. Eſt ne hec tua epiſtola? quid palluiſti? nam erubeſcere tu qdem nõ poteſ. eſt ne tua iſta ſubſcrp̃tio? Recita queſo clariuſ: ut omẽſ intelligant: quãtum lingua eiuſ manu diſcrepet. q̃tumq; minor illi ſit mecũ: q̃ ſecum diſſentio. Scripſiſti ne hec Emiliane que lecta ſunt? nubere illam uelle: et debere: ſcio. ſed quẽ eligat: neſcio. recte tu qdem neſciebaſ. Pudẽtilla enĩ tibi cuiuſ infeſtam malignitatem probe norat: de ipſa re tm̃: ceterũ de petitore nihil fatebatᷓ. At tu dũ eam putaſ etiã nũc claro fratri tuo denupturã: falſa ſpe inductuſ: filio quoq; eiuſ Pontiano: autor aſſentiendi fuiſti. Igitᷓ ſi claro nupſiſſet: homini ruſticano & decrepito ſeni: ſponte eam diceref ſine ulla magia iã olim nupturiſſe. Quoniã iuuenẽ talẽ qualẽ diciti ſ elegit: coactam feciſſe aiſ. ceterũ ſemper nuptiaſ aſpnatam. neſciſti improbe epiſtolã tuã de iſta re teneri. neſciſti te tuo met teſtimonio conuictũ iri. quã tamen epiſtolam Pudentilla teſtẽ & indicem tue uoluntatiſ: ut que te leuẽ et mu/tabilẽ: nec minuſ mendacẽ: et impudẽtem ſciret: maluit retinere: q̃ mittere. Ceterum ipſa de ea re Pontiano filio ſuo romã ſcripſit: etiã cauſaſ cõſilii ſui plene allegauit. Dixit illa oĩa de ualitudine nihil preterea eſſe: cur ampliuſ deberet obdurare. Hereditatem auitam longa uiduitate: cum deſpectu ſalutiſ ſue queſiſſe. eãdem ſumma induſtria auxiſſe. iam deũ uoluntate: ipm uxori: fratrem eiuſ uirili toge idoneoſ eẽ. Tandem alqñ ſe quoq; paterentᷓ ſoli/tudini ſue: et egritudini ſubuenire. Ceterũ de pietate ſua: et ſupmo iudicio nihil metuerẽt. qualiſ uidua eiſ fuerit: talẽ nuptã futurã. recitari iubebo exemplũ epiſtole huiuſ: ad filiũ miſſe. Satiſ puto

ex iſtiſ cuiuiſ liquere poſſe: Pudentillam nó meiſ carminibuſ ab
obſtinata uiduitate cópulſam: ſed olim ſua ſponte a nubẽdo nó
alienam. me fortaſſe pre ceteriſ maluiſſe. que electio tam grauiſ
femíe: cur mihi crimini potiuſ q̃ honori danda ſit: nó reperio. nó
nihil tñ minor: quod Emilianuſ & Rufinuſ id iudiciú mulieriſ
egre ferant: cú ii ꝗ Pudentillã in matrimoniú petiuerút: equo aío
patiantur me ſibi prelatum. Quod ꝗdem illa ut faceret: filio ſuo
potiuſ q̃ animo obſecuta eſt. Ita factum: nec Emilianuſ poterit
negare. Nam Pontianuſ acceptiſ litteriſ matriſ: cófeſtim romam
aduolauit. metueuſ ne ſi quẽ auarú uirú nacta eſſet: oía ut ſepe
fit: in mariti domum cóferret. ea ſollicitudo nó mediocriter aím
angebat. omeſ illi fratriq; diuitiaꝝ ſpeſ in facultatibuſ matriſ ſite
erant. Auuſ modicú reliquerat. mater ſexterciú quadragieſ poſſi/
debat. Ex quo ſane aliq̃tam pecuniã: nulliſ tabuliſ: ſed ut equú
erat mera fide acceptã filiuſ debebat. Húc ille timorẽ muſſitabat.
aduerſari ꝓpalam non audebat: ne uideret̃ diffidere. Cum in hoc
ſtatu reſ eſſet: inter ꝑcationẽ matriſ: et metú filii: forte ne an fato
ego aduenio: ꝑgenſ alexandriã. dixiſſem hercule: qd̃ utinã nunq̃
euẽiſſet: ni me uxoriſ mee reſpectuſ ꝓhiberet. Hyemſ anni erat.
ego ex fatigatione itineriſ aduectuſ: apud appioſ ueotereſ amicoſ
meoſ: quoſ honoriſ & amoriſ grá noío: aliq̃ multiſ diebuſ decúbo.
Eo uenit ad me Pontianuſ. nam fuerat mihi nó ita pridem ante
mnltoſ annoſ athenis ꝑ quoſdã cómuniſ amicoſ cóciliatuſ. et arto
poſtea cótubernio intime iunctuſ: facit omia circa honorẽ meú
obſeruãter. circa ſalutẽ ſollicite. circa amorẽ callide. ꝗppe etenim
uidebat̃ ſibi ꝑidoneú maritum matri reppeiſſe. Cui bono ꝑiculo
totã domuſ fortunã concrederet. Ac primo ꝗdem uoluntatẽ meã
uerbiſ inuerſiſ ꝑiclitabúduſ. qm̃ me uie cupidum: et cóuerſum ab
uxoria re uidebat: orat ſaltẽ pauliſꝑ manere. uelle ſe mecú profi/
ciſci. hyemem alteram ꝓpter ſyrtiſ eſtuſ: et beſtiaſ oppꝑiendã: quod
illã mihi infirmitaſ exemiſſet. multiſ etiã precibuſ me ab amiciſ
meiſ appiiſ Affert: ut ad ſeſe in domum matriſ ſue tranſferat. ſalu/
briorem mihi habitationẽ futurã. Preterea ꝓſpectu mariſ ꝗ mihi
gratiſſimuſ ẽ: liberiuſ me ex ea fruiturú. Hec oía adnixuſ impẽ/
ſo ſtudio ꝑſuadet. et matrẽ ſuã: ſuúq; frẽm puerú iſtú mihi com/
mendat. nó nihil a me in cóioribuſ ſtudiiſ adiuuantur. Augetur
oppido fãiliaritaſ. interibi reualeſco. Diſſero aliqd: poſtulãtibuſ
amiciſ. publice omſ ꝗ aderant: ingẽti celebritate baſilicam ꝗ locuſ

auditorii erat: cóplenteſ: inter alia pleraq; congruentiſſima uoce
inſigniter acclamãt: petenteſ ut remanerẽ. fieremq; ciuiſ eenſium.
Mox auditorio miſſo: Pótianuſ eo ꝑncipio me adortuſ: cóſenſú
publice uociſ ꝓ diuino auſpicio interpretat᷑. apitq;: cóſiliú ſibi eẽ:
ſi ego nó nolim: matrẽ ſuã cui plurimi inhient: mecú coniungere:
qm̃ mihi ſoli ait rerú oím cófidere ſeſe & credere. ut id onuſ reci/
piam: qm̃ nó formoſa pupilla: ſed mediocri facie mater liberorú
mihi offerat᷑. ſi hec reputanſ: forme aut diuitiarú grã: me ad aliã
conditionẽ reſeruarẽ: neq; ꝓ amico: neq; ꝓ philoſopho facturú.
Nimiſ multa oró eſt: ſi uelim mẽorare: que ego contra rñderim.
Quã diu & quotienſ inter noſ uerbigeratum ſit. quot et qualibuſ
p̃cibuſ me adgreſſuſ: haud priuſ omiſerit: q̃ deniq; impetrarit. non
qn ego Pudentillã: iam anno ꝑpetim aſſiduo cóuictu ꝓbe ſpec/
taſſem: et uirtutú eiuſ doteſ exploraſſem: ſed utpote ꝑegrinatóiſ
cupienſ impedimentú matrimonii aliq̃tiſp recuſaueram. mox tñ
talẽ feminã nihilo ſegniuſ uolui: q̃ ſi ultro appetiſſẽ. Perſuaſerat
idẽ Pontianuſ matri ſue: ut me aliiſ om̃ibuſ mallet. et q̃primú hec
ꝑficere incredibili ſtudio auebat. uix ab eo tantã moram impe/
tramuſ: dú priuſ ipſe uxorẽ duceret. Frater eiuſ uiriliſ toge uſum
auſpicaretur. túc deinde ut noſ coniúgeremur. Vtinam hercule
poſſem: que deinde dicẽda ſunt: ſine maxío cauſe diſpẽdio tranſ/
gredi: ne Pontiano: cui errorẽ ſuú deprecanti ſimpliciter ignoui:
uidear núc leuitatẽ exprobrare. Confiteor ení: qđ mihi obiectú
ẽ. eú poſtq̃ uxorẽ duxerit: a cóſpecta fide deſciuiſſe. ac derepẽte
aími mutatú. quod antea nimio ſtudio feſtinarat: pari ꝑtinacia
ꝓhibitú iſſe. Deniq; matrimoniú noſtrú ne coaleſceret: quid uiſ
pati: qd uiſ facere: paratú fuiſſe. q̃uiſ om̃iſ illa: tú aí feda mutató:
et ſuſcepta contra matrẽ ſimultaſ: non ipſi uitio uortenda ſit: ſed
ſocero eiuſ eccilli Herennio Rufino: qui unú neminem in terriſ
uiliorẽ ſe: aut íprobiorẽ: aut inq̄natiorẽ reliq̄t. Perpaucis hoíem
q̃ modeſtiſſime potero: neceſſario demonſtrabo. Niſi oíno de eo
reticuero: opam ꝑdiderit. ꝙ negotiú iſtud mihi ex ſúmiſ uiribuſ
cóflauit. Hic ẽ. n. puerili huiuſ inſtigator. hic accuſatióiſ autor.
hic aduocatoꝝ cóductor. hic teſtiú exemptor. hic totiuſ calúnie
fornacula. hic Emiliani huiuſ fax & flagellum. idq; apud omniſ
intemꝑantiſſime gloriat᷑: me ſuo machinatu reum poſtulatú. Et
ſane habet in iſtiſ qđ ſibi plaudat. eſt ení litiú oím depector. oím
falſoꝝ cómentator. oím ſimulationú architectuſ. omniú maloꝝ

ſeminariū:necnō idem libidinū:ganearūq; locuſ:luſtrū:lupanar.
Iā inde ab ineunte euo cūctiſ ꝓbriſ palā notuſ.olim in puericia.
priuſq̃ iſto caluicio deformaretur:emaſculatoribuſ ſuiſ ad oīa
infanda morigeruſ. Mox in iuuentute ſaltandiſ fabuliſ:exoſſiſ
plane & eneruiſ:ſed ut audio indocta & rudi mollitia.negať.n.
quicq̃ hiſtrioniſ habuiſſe ꝑter impudiciciā.In hac etiā etate qua
nūc eſt:q iſtū deperdiūt:multi ſunt:bonoſ auribuſ prefāduſ eſt.
domuſ eiuſ tota lenonia.tota familia cōtaminata.ipſe ꝓpudioſuſ.
uxor lupa.filii ſimileſ ꝓrſuſ.diebuſ ac noctibuſ ludibrio iuuētu/
tiſ.ianua calcibuſ ꝓpulſata.feneſtre cāticiſ circūſtrepite.tricliniū
comeſatoribuſ inqetū.cubiculū adulteriſ puium.neq; enī ulli ad
introeundū metuſ eſt:niſi q preciū marito nō attulit.Ita ei lecti
ſui cōtumelia uectigaliſ eſt.olim ſollerſ ſuo:nūc cōiugiſ corpore.
uulgo meret.cū ipſo pleriq; nec mentior:cū ipſo inquā:de uxoriſ
noctibuſ paciſcunť. Iam illa inter uirū & uxorē nota colluſio.q
amplā ſtipē mulieri detulerūt:nemo eoſ obſeruat. Suo arbitratu
abſcedūt.q i amoreſ uenere:ſigno dato ꝓ adulteriſ depꝛhendunť.
et q̄ſi ad diſcendum uenerint:nō priuſ abeunt:q̃ aliqd ſcripſerint.
Quid enim faciat hō miſer:ampliuſcula fortuna deuolutuſ:quā
cū fraude patriſ exinopinato inuenerat? pater eiuſ plurimiſ cre/
ditoribuſ defeneratuſ:maluit retinere pecuniā q̃ pudorē.nam cū
undeq;uerſū tabuliſ flagitareť:et quaſi inſanuſ ab hōibuſ obuiiſ
tenereť: Flax inqt negat poſſe diſſoluere.anuloſ aureoſ & oīa
inſignia dignitatiſ abiicit.Cū creditoribuſ depaſciſciť.pleraq; tñ
rei fāiliariſ in nomē uxoriſ callidiſſima fraude cōfert.ipſe egenſ.
nuduſ.et ignominia ſua tectuſ reliqt Rufino huic:nō mentior.
ſeſtertiū.xxx.deuorādum.tñ enī ad eū de boniſ matriſ liberum
uenit.preter quod ei uxor ſua quotidianiſ dotibuſ queſiuit. Que
tñ oīa in paucis āniſ ita hic degulator ſtudioſe in uentrē cōdidit:
et oīmodiſ cohircinationibuſ dilapidauit:ut crederes metuere:
neqd habere ex fraude paterna diceretur.hō iuſtuſ & moꝝ dedit
opam:qđ male partū erat:ut male periret.nec quicq̃ ei relictū ē
ex largiore fortuna:ꝑter ambitionē miſeram:et ꝓfundā gulam.
Ceterū uxor iā ꝓpemodū uetula & effeta:totā domū cōtumeliiſ
abnuit. Filia aūt p aduleſcētuloſ ditioreſ inuitamēto matriſ ſue:
nequicq̃ circūlata:qbuſdā etiā praciſ ad expiundū pmiſſa:niſi in
facilitatē Pōtiani incidiſſet:fortaſſe an adhuc uidua:añq̃ nupta:
domi ſediſſet. Pontianuſ ei multum quidem dehortātibuſ nobiſ:

nuptiaꝝ titulum falſum & imaginarium donauit. nó neſciuſ eam paulo añ q̃ duceret: a quodã honeſtiſſimo iuuene: cui priuſ pacta fuerat: poſt ſatietatem derelictam. Venit igiẗ ad eũ noua nupta. ſecura. et intrepida. pudore diſpoliato. flore exoleto. flãmeo ob/ ſoleto. uirgo rurſum poſt recenſ repudium. nomẽ potiuſ afferenſ puelle: q̃ integritatem. uectabaẗ octaphoro. uidiſtiſ ꝑfecto qui affuiſtiſ: q̃ improba iuuenũ circũſpectatrix. q̃ immodica ſui oſtẽ/ tatrix. Quiſ nó diſciplinã matriſ agnouit: cum in puella uideret immedicatũ oſ: et purpuriſſataſ genaſ? et illiceſ oculoſ? doſ erat a creditore om̃iſ ad ternuntium pridie ſumpta. et q̃dem grandior: q̃ domuſ exhauſta: et plena liberiſ poſtulabat. Sed enĩ iſte ut eſt rei modicuſ: ſpei immodicuſ: pari auaricia & egeſtate: totum Pu/ dentille q̃dragieſ ꝑſumptióe caſſa deuorarat. eoq; me amoliendũ ratuſ: quo faciliuſ Pontiani facilitatem: Pudentille ſolitudinem circũuenirét: infit generum ſuum obiurgare. ꝙ matrẽ ſuam mihi deſpóderat. ſuadet q̃ primũ ex tanto ꝑiculo dũ licet: pedẽ referat. Reſ matriſ ipſe potiuſ hẽat: q̃ hói extrario ſcienſ tranſmittat. ni ita faciat: inicit ſcrupulũ amanti adoleſcentulo. ueterator minaẗ ſe filiã abducturũ. Quid multiſ? iuuenẽ ſimplicẽ. preterea noue nupte illecebriſ obfrenatum: ſuo arbitratu de uia deflectit. It ille ad matrem uerborum Rufini geruluſ. ſed nequicq̃ temptata eiuſ grauitate: ultro ip̃e leuitatiſ & incóſtãtie increpituſ: reportat ad ſocerum haud mollia. Matri ſue preter ingenium placidiſſimũ: et immobile: iram quoq; ſua expoſtulatióe accenſiſſe: nó mediocre ꝑtinacie adiumentũ. Reſpódiſſe eã deniq; nó clam ſe eẽ Rufini ex oróe ſecũ expoſtulari. eo uel magiſ ſibi auxiliũ mariti: aduer/ ſum eiuſ deſꝑatam auariciã cóparandũ. hiſce auditiſ: exacerbatuſ aquerioluſ iſte uxoriſ ſue ita ira extumuit: ita exarſit furore: ut in feíam ſanctiſſimã & pudiciſſimã: pñte filio eiuſ: digna cubiculo ſuo diceret. Amatricẽ eã: me magũ & ueneficũ clamitaret multiſ audiẽtibuſ: quoſ ſi uoleſ: noíabo. ſe mihi ſua mãu mortẽ allaturũ. Vix hercule poſſũ ire moderari. ingẽſ indignatio aío oboritur. tu ne effeminatiſſime tua manu cuiq̃ uiro mortem minitariſ? At qua tandẽ manu? Philomene? an Medee? an Clitemeſtre: quaſ tñ conſultaſ: tanta mollicia aí: tanta formido ferri ẽ: ſine cludine ſaltaſ. Sed ne longiuſ ab ordíe digrediar: Pudentilla poſtq̃ filiũ uidet: ꝑter opíonẽ: cótra ſuã eẽ ſententiã deprauatũ: ruſ ꝑfecta: ſcripſit ad eum obiurgandi grã illaſ famoſiſſimaſ lrãſ: q̃buſ ut iſti

aiebant: cōfeſſa eſt ſeſe mea magia in amorē inductā demētare. quaſ tñ lrāſ tabulario Pōtiani pñte: et cōtra ſcribente Emiliano: nudiuſtertiuſ tuo iuſſu Maxime teſtato deſcpſimuſ. in qbuſ oīa contra predicationē iſtoꝝ pro me repperiunt̃. q̄q̄ etſi diſtrictiuſ magū me dixiſſet: poſſet uideri excuſabūda: ſe filio uim meam: q̄ uoluntatē ſuā cauſari maluiſſe. an ſola Phedra falſū epiſtoliū de amore cōmenta ē? An nō oībuſ mulieribuſ: hec arſ uſitata ē: ut cū aliqd eiuſmodi uelle ceperunt: malint coacte uideri? ꝙ ſi aio etiā ita putauit me magū eſſe. idcirco ne maguſ habear: qa hoc ſcpſit Pudentilla: uoſ tot argumētiſ: tot teſtibuſ: tanta orōe: magū me nō ꝓbatiſ: illa uno uerbo ꝓbaret? Et q̄to tandem grauiuſ habendum ē: quod in iudicio ſubſcribit̃: q̄ quod in epliſtola ſcribitur? Quin tu me meiſmet factiſ. non alieniſ uerbiſ reuinciſ? Ceterum eadē uia: multi rei cuiuſuiſ maleficii poſtulabūtur: ſi ratū futurū eſt: qđ quiſq; ī epiſtola ſua: uel amore: uel odio cuiuſpiā ſcpſerit. Magū te ſcripſit Pudentilla: igitur maguſ eſ. Quid ſi cōſulem me ſcpſiſſet: conſul eēm? qd enim ſi pictorē? ſi medicū? quid deniq; ſi innocētem? num aliqđ hoꝝ putareſ idcirco ꝙ illa dixiſſet? nihil ſcilicet. Atqui piniuriū ē: ei fidē in peioribuſ hēre: cui ī melioribuſ non hēreſ. poſſe lrāſ eiuſ ad pniciē: nō poſſe ad ſalutē. Sed inqeti aī fuit: efflictim te amabat. cōcedo interim. nū tñ omſ q amant̃: magi ſunt: ſi hoc forte q amat: ſcpſerit? Cedo nūc: qđ Pudentilla me in eo tpe nō amabat. ſiqdem id foriſ ſcpſit: qđ palā arat mihi obfuturū. Poſtremo qd uiſ: ſanam: an inſanā fuiſſe: dū ſcriberet? ſanā diceſ? nihil ergo erat magiciſ artibuſ paſſa. Inſanā reſpōdebiſ? Neſciit ergo: qd ſcpſerit. eoq; ei fideſ nō habēda ē. immo etiā ſi fuiſſet inſana: inſanā ſe eſſe neſciſſet. Nam ut abſurde facit: qui tacere ſe dicit: qđ ibidem dicēdo tacere ſeſe: nō tacet: et ipſa ꝓfeſſiōe quod profitetur: infirmat: ita uel magiſ hoc repugnat. Ego inſanio. qđ uerū nō eſt: niſi ſciens dicit porro ſanuſ ē: q ſcit: qd ſit inſania. qppe inſania ſcire ſe nō pōt. nō magiſ q̄ cecitaſ ſe uidere. Igit̃ Pudētilla cōpoſ mentiſ fuit: ſi cōpotem mētiſ ſe nō putabat. Poſſum: ſi uelim pluribuſ. Sed mitto dialecticā. Ipſaſ lrāſ longe aliud clamātiſ: et quaſi dedita opa ad iudiciū iſtud preparataſ: et accōmodataſ recitabo. Accipe tu: et lege. Vſq; dū ego interloq̄r: ſuſtine pauliſp que ſequūtur. nam ad diuerticulū rei uentū eſt. Adhuc enī Maxime q̄tum eqdem aīaduerti: nuſq̄ mulier magiā noīauit. ſed ordinē repetiuit eūdem: quē ego paulopuſ de longa

uiduitate: de remedio ualitudiniſ: de uoluntate nubendi: de meiſ
laudibuſ quaſ ex Pontiano cognouerat. de ſuaſu ipiuſ ut mihi
potiſſimū nuberet. Hec uſq; adhuc lecta ſunt. Supereſt ea parſ
epiſtole: que ſimiliter ꝓ me ſcripta: ī memetipm̄ uertit cornua. ad
expellendū a me crimē magie: ſedulo omiſſa: memorabili laude
Rufini uice mutauit. et ultro cōtrariam mihi opinionē quorū/
dam eenſium: q̄ſi mago queſiuit. Multa fando Maxime audiſti:
et plura legendo didiciſti: nō pauca expiendo cōperiſti. Sed enī
uerſutiā tā inſidioſā. tā admirabili ſcelere cōflatā: negabiſ te unq̄
cognouiſſe. quiſ Palamedeſ? quiſ Siphax? quiſ deniq; Euribateſ
aut Phirinondaſ: talē excogitaſſet? Om̄eſ iſti quoſ noīaui: et ſi q;
preterea fuerunt dolo memorandi: ſi cū hac una Rufini fallacia
cōtendant: machi ꝓrſuſ & bochoneſ uidebunt. O mirū cōmentū:
o ſubtilitaſ digna carcere: et robore: quiſ credat effici potuiſſe: ut
que defenſio fuerat: eadē manentibuſ eiſdē litteriſ: in accuſationē
tranſuerteretur? Eſt hercule incredibile. ſed hoc incredibile: ꝙ ſit
factū: probabo. Obiurgatio erat matriſ ad filiū: ꝙ me talē uiꝝ:
qualē ſibi predicaſſet: nūc de Rufini ſententia magū dictitaret.
Verba ipa ad hunc modū ſe habebāt. Hec ipa uerba Rufinuſ:
que grece interpoſuit: ſola excerpta: et ab ordine ſuo ſeiugata: q̄ſi
confeſſionē mulieriſ circunferenſ: et Pontianū per forū ductanſ:
uulgo oſtendebat. Ipaſ mulieriſ lrāſ: illatenuſ qua dixi: legendaſ
ꝓbebat. cetera ſupra et infra ſcripta occultabat. Turpiora eſſe: q̄
ut oſtēderent: dictitabat. Satiſ eē confeſſionē mulieriſ de magia
cognoſci. Quid queriſ? ueri ſimile omnibuſ uiſum. Que purgandi
mei grā ſcripta erant: eadē mihi immanē inuidiam aput impitoſ
conſciuere. Turbabat impuruſ hic in medio foro bacchabunduſ.
epiſtolā ſepe aperienſ ꝓquiritabat. Apuleiuſ maguſ dicit ipa que
ſentit: et patit. quid uultiſ ampliuſ? Nemo erat: q pro me ferret:
ac ſic reſponderet: Totā ſodeſ epiſtolā cedo. Sine om̄ia inſpiciā.
principio ad finē perlegam. Multa ſunt: que ſola ꝓlata: calūnie
poſſint uideri obnoxia. cuiuiſ oratō inſimulari pōt: ſi ea que ex
prioribuſ nexa ſunt: p̄ncipio ſui defraudent. ſi quedā ex ordine
ſcptoꝝ ad libidinē ſupp̄mant. ſi que ſimulatōiſ cauſa dicta ſunt:
adſeuerantiſ ꝓnūtiatiōe: q̄ exprobrātiſ legant. Hec et id genuſ
ea: q̄ merito tūc dici potuerint. ipe ordo epiſtole oſtendat. At tu
Emiliane recognoſce: an et hec mecū teſtato deſcripſerit. Oro te
Maxime. ſi littere ita ut ptim uocaleſ dicunt: etiā ꝓpriam uocem

uſurparēt: ſi uerba ita ut poete aiūt: pinniſ apta uulgo uolarent: nōne cū primū epiſtolā iſtā Rufinuſ mala fide excerpet: pauca legeret: multa & meliora ſciens reticeret: nonne tunc cetere littere ſceleſte ſe detineri ꝓclamaſſent? uerba ſuppſſa de Rufini māibuſ foraſ euolaſſent? Totū forū tumultu cōpleſſent? ſi quoq; a Pu/dentilla miſſaſ. Sibi etiā que diceret: mādata. improbo ac nefario hōi per alienaſ lrāſ falſū facere temptanti: nec auſcultarent. Sibi potiuſ audirent: Apuleiū magie non accuſatū a Pudentilla: Sed accuſante Rufino abſolutū. Que om̄ia et ſi tū dicta nō ſunt: tn̄ nunc cū magiſ proſunt: luce illuſtriuſ apparent. Patent arteſ tue Rufine. fraudeſ hiāt. detectū mēdaciū ē. ueritaſ olim interuerſa: nūc ſe effert. et uelut alto barathro calūniaſ emergit. Ad litteraſ Pudētille prouocaſtiſ. Litteriſ uinco. quarū ſi uultiſ extremam quoq; clauſulā audire: non inuidebo. Dic tu q̄buſ uerbiſ epiſtolā finierit mulier obcātata. uecorſ. amenſ. amanſ ¶ Etiā ne āpliuſ? reclamat uobiſ Pudētilla. et ſanitatē ſuā a ueſtriſ calūniiſ quodā preconio uindicat. Nubendi aūt: ſeu rationē: ſeu neceſſitatē fato aſcribit. a quo multū magia remota eſt: uel potiuſ oīno ſublata. Que enī relinquit̄ uiſ cātaminibuſ & ueneficiiſ: ſi fatū rei cuiuſq; ueluti uiolētiſſimuſ torrenſ. neq; retineri pōt: neq; impelli? Igitur hac ſententia ſua Pudentilla nō mō me magnū: ſed oīo eē magiā negauit. Bene ꝙ integraſ epiſtolaſ matriſ Pontianuſ ex more adſeruauit. Bene ꝙ uoſ feſtinatio iudicii anteuortit: neq̄d in iſtiſ litteriſ ex ocio nouaretiſ. Tuum hoc Maxime: tueq; prouidētie beneficiū eſt: ꝙ a ꝑncipio intellectaſ calūniaſ: ne corroborarent̄ tēpore: ꝑcipitaſti. et nulla impticta mora ſubneruaſti. Finge nūc aliquid matrem filio ſecretiſ litteriſ de amore uti aſſolet: cōfeſſam. Hoccine uerū fuit Rufine: hoc non dico piū: ſed ſaltē hūanum: ꝓmulgari eaſ lrāſ: et potiſſimū filii preconio publicari? Sed ſum ego inſciuſ: q poſtulo: ut alienū pudorē cōſerueſ: q tuū ꝑdideriſ? Cur aūt ꝑterita cōqueror: cū nō ſint minuſ acerba pn̄tia? Huc uſq; a uobiſ miſerū iſtū puerū deprauatū: ut matriſ ſue epiſtolaſ: quaſ putat amatoriaſ: ꝓtribunali proconſuli recitet. apud uirum ſanctiſſimum. cl. Maximū. ante haſ imperatoriſ pii ſtatuaſ filiuſ matriſ ſue pudenda exprobret ſtupra: et amoreſ obiectet? Quiſ tā eſt mitiſ: qn exacerbeſcat? Tu ne ultro parētiſ tue aīm in iſtiſ ſcrutāſ. oculoſ obſeruaſ? ſuſpirituſ numeraſ? adfectiōeſ exploraſ? tabulaſ intercipiſ? amorem reuinciſ? Tu ne qđ in cubiculo agat:

perquirıſ? ne mater tua nó dico amatrix: ſed ne oíno femina eſt?
ne tu in ea cogitaſ: niſi unā parētiſ religionem? O infelix uterū
tuū Pudentilla o ſterilitaſ liberiſ potior. o infauſti decem mēſeſ.
o ingrati. xiiii. anni uiduitatiſ. uipa ut audio: exeſo matriſ utero
in lucē ꝑſerpit. atq; ita parricidio gignit̄. At enim tibi a filio iam
adulto: acerbioreſ morſuſ uiuenti & uidenti offerunt̄. ſilentiū tuū
laniat̄. pudor tuuſ carpit̄. pectuſ tuū fodit̄. uiſcera intima ꝑtra/
būtur. Haſcine grāſ bonuſ filiuſ matri reſpódeſ: ob datā uitam?
ob acqſitā hereditatē? ob. xiiii. ānoꝝ lógaſ alimóiaſ? Hiſcine te
patruuſ diſciplinıſ erudiuit: ut ſi cópertū habeaſ: filioſ tibi ſimileſ
futuroſ: non audeaſ ducere uxorem? Eſt ille poete uerſuſ non
ignotuſ. Odi puerulos precoci ſapientia. ſed enim malicia precoci
puerum? Quiſ nó auerſetur: atq; oderit: cū uideat uelut monſtrū
quoddā. priuſ robuſtoſ ſcelere q̄ tēpore? añ nocentē q̄ potentem?
uiridi puericia? cana malicia? uel potiuſ hoc magiſ noxiū: ꝙ cū
uenia ꝑniciosuſ eſt. et nondū pene: iā iniurie ſufficit? iniurie dico
immo ení ſceleri aduerſum parētem nefando immani impetibili.
Athenıēſeſ qdē ꝑpter cómune iuſ hūanitatiſ: ex captiuiſ epiſtoliſ
Philippi macedoniſ hoſtiſ ſui. unam epiſtolā: cū ſingule publice
legerent̄: recitari ꝓhibuerunt: que erat ad uxorem Olympiadem
cóſcripta. hoſti potiuſ pepcerunt: ne maritale ſecretū diuulgarēt.
preferēdum rati faſ cómune. ꝑprie ultióí. Taleſ hoſteſ aduerſuſ
hoſtem. Tu q̄liſ filiuſ aduerſuſ matrē? uideſ q̄ſimilia contendam?
Tu tamē filiuſ matriſ epiſtolaſ de amore ut aiſ ſcp̄taſ: in iſto cetu
legiſ: in quo ſi aliquē poetam laſciuiorem iubereriſ legere: ꝑfecto
nó audereſ. pudore tñ aliquo impedirere. immo ení nunq̄ matriſ
tue litteraſ attigiſſeſ: ſi ullaſ aliaſ litteraſ attigiſſeſ. ad quā auſuſ eſ
tuā ipſiuſ eplām legendā dare: quā nimiſ irreuerenter: nimiſ con/
tumelioſe: et turpiter de matre tua ſcp̄tam: cū adhuc in eiuſ ſinu
alerēre: miſeraſ clanculo ad Pontianū. ſcilicet ne ſemel peccaſſeſ.
ac tam bonū tuum factū obtuto capeſceret. Miſer nó intelligiſ
idcirco patruum tuū hoc fieri paſſum: quo ſe omíbuſ purgaret: ſi
ex litteriſ tuiſ noſceretur: te etiā priuſ q̄ ad eum cómigraſſeſ: etiā
cū matri blandirere. tñ iam tum uulpionē & impiū fuiſſe. Ceterū
neq; in aím inducere: tam ſtultū Emilianū eſſe: ut arbitret̄ mihi
litteraſ pueri: et eiuſdē accuſatoriſ mei obfuturaſ. ¶ Fuit et illa
commenticia epiſtola: neq; mea manu ſcripta: neq; uerıſimiliter
cóficta: qua uideri uolebāt blandiciiſ a me mulierē ſollicitatam.

Cur ergo blandirer: ſi magie confidebam? qua autem uia ad iſtoſ peruenit epiſtola: ad Pudentillã ſcilicet per aliquẽ fidelem miſſa: ut ĩ re tali actitari ſolet? Cur p̄terea tam uitioſiſ uerbiſ: tam bar/ baro ſermone ego cõſcriberem: quem iidem dicunt nequaq̃ grece lingue impitum? Cur aũt tam abſurdiſ: tãq; tabernariiſ blãdiciiſ ſubagitarẽ: quẽ iidem aiũt uerſibuſ amatoriiſ ſatiſ ſcite laſciuire? Sic eſt profecto: cuiuiſ palam eſt. Hic qui epiſtolam Pudẽtille grecatiorẽ legere nõ poterat: hanc ut ſuã faciliuſ legit. et aptiuſ cõmendauit. Sed iam de epiſtoliſ ſatiſ dictũ habebo: ſi hoc unum addidero: Pudẽtillam que ſcripſerat diſſimulamenti cauſa: et de/ ridiculi: poſt haſce litteraſ euocaſſe ad ſe filioſ: et nurum cum hiſ ferme duobuſ menſibuſ cõuerſatã. dicat hic piuſ filiuſ quid in eo tempore ſecuſ agentẽ: uel loquẽtem matrem ſuã propter inſaniã uiderit. neget eam ratiõibuſ uilliconũ: et opilionũ: et equiſionũ: ſollertiſſime ſubſcripſiſſe. neget fratrem ſuũ Pontianum grauiter ab ea monitum: ut ſibi ab inſidiiſ Rufini caueret. Neget uere obiurgatum: ꝙ litteraſ quaſ ad eum miſerat: uulgo circuntuliſſet. nec tamẽ bona fide legiſſet. Neget poſt iſta que dixi: matrẽ ſuã mihi apud uillam iam pridem cõdicto loco nupſiſſe. Quippe ita placuerat in ſuburbana uilla potiuſ ut coniungeremur. ne ciueſ denuo ad ſportulaſ conuolarent. cum haud pridem Pudentilla de ſuo quinquaginta milia nummũ in populum expũxiſſet ea die: qua Pontianuſ uxorem duxit. et hic puerulus toga ẽ inuolutuſ. preterea ut conuiuiiſ multiſ ac moleſtiiſ ſupſederemuſ: que ferme ex more nouiſ maritiſ obeũda ſunt. Habeſ Emiliane cãm totã: cur tabule nuptialeſ inter me ac Pudentillam: nõ in oppido ſint: ſed in uilla ſuburbana conſignate: ne q̄nquaginta milia nummũ denuo ꝓfũdenda eſſent. nec tecũ aut apud te cenãdum eſſet. Eſt ne cauſa idonea? Miror tñ quod tu a uilla tantopere abhorreaſ: qui plerũq; rure uerſere. lex q̄dem Iulia de maritandiſ ordinibuſ nunq̃ ſcilicet ad hũc modũ interdicit: Vxorẽ in uilla ne ducito. Immo ſi uerum uelis: uxor ad prolem: multo auſpicatiuſ in uilla q̃ in oppido ducit̃. in ſolo uberi: q̃ in loco ſterili. In agri ceſpite: q̃ in fori ſilice. Mater futura in ipſo materno: ſi nubat in ſegete adulta ſuper fecundam glebam: uel enim ſub ulmo marita cubet in ipꝰo gremio terre: matreſ inter ſoboleſ herbarũ: et propagineſ uitium: et arborum germina: ibi et ille celeberrimuſ in comediiſ uerſuſ de proximo congruit.

Romanorum etiam maioribuſ: quintiſ & ſerraniſ: et multiſ aliiſ
ſimilibuſ: non modo uxoreſ: uerũ etiã conſulatuſ: et dictature in
agriſ offerebantur. Cohibebam me in tam prolyxo loco: ne tibi
gratum faciam: ſi uillam laudauero ¶ De etate uero Pudẽtille:
de qua poſt iſta ſatiſ confidenter mentituſ eſ: ut etiam. lx. annoſ
natam diceres nupſiſſe: de ea pauciſ tibi reſpondebo. Nam in re
tam perſpicua nõ opuſ eſt pluribuſ diſputare. Pater eiuſ natã ſibi
filiam: more ceterorũ profeſſuſ eſt. tabule eiuſ partim tabulario
publico: partim domo adſeruantur. Que tibi ob oſ obiiciuntur.
porrige Emiliano tabulaſ iſtaſ. lignum conſideret. ſigna que im/
preſſa ſunt: recognoſcat. cõſuleſ legat. annoſ computet. quoſ. lx.
mulieri aſſignabat. probet quinq; & qnquaginta: luſtro mẽtituſ
eſt. parũ hoc eſt. liberaliuſ agam. Nam et ipẽ Pudentille multoſ
annoſ largituſ eſt. Redonabo igit̃ uiciſſim. ¶ Decem annoſ Me/
zentiuſ cum Vlyxe erauit. qnquaginta ſaltem annoꝝ mulierem
oſtendat. Quid multiſ? ut cum quadruplatore agam: biſ duplum
qnquennium faciam. xx. annoſ ſemel detraham. Iube Maxime
conſuleſ cõputari. niſi fallor inuenieſ nũc Pudentille haud multo
ampliuſ. xl. annum etatiſ ire. O falſum audax & nimium. o mẽ/
dacium. xx. annorũ exilio puniendum. dimidio tanta Emiliane
mentiri falſa audeaſ ſeſquialtera? Si. xxx. annoſ pro. x. dixiſſeſ:
poſſeſ uideri ꝑ cõputationiſ geſtu erraſſe. quoſ circulare debueriſ
digitoſ: aperuiſſe. Cũ uero. xl. que faciliuſ ceteriſ porrecta palma
ſignificantur: ea. xl. tu dimidio augeſ: nõ poteſ digitorum geſtu
erraſſe. niſi forte. xxx. annorum Pudentillam ratuſ: binoſ cuiuſq;
anni cõſuleſ numeraſti. Miſſa hec facio. uenio nũc ad ipm̃ ſtirpẽ
accuſationiſ: ad ipam cauſam maleficii. reſpondeat Emilianuſ &
Rufinuſ ob quod emolumentũ. et ſi maxime maguſ forem: Pu/
dẽtillam carminibuſ & ueneniſ ad matrimoniũ pellexiſſem. Atq;
ego ſcio pleroſq; reoſ alicuiuſ facinoriſ poſtulatoſ: ſi fuiſſe quepiã
cauſe ꝓbarentur: hoc uno ſe tamẽ abunde defendiſſe: Vitam ſuã
procul ab huiuſmõi ſceleribuſ abhorrere. nec id ſibi obeſſe debere:
ꝙ uideant̃ quedam fuiſſe ad maleficiũ ꝑpetrandũ inuitamenta.
nõ enim om̃ia que fieri potuerint: pro factiſ habẽda. Rerũ uiceſ
uariaſ euenire. certũ indicem cuiuſq; animũ eſſe: qui ſemper eodẽ
ingenio ad uirtutem: uel ad maliciã moratuſ: firmũ argumẽtum
eſt accipiendi criminiſ: aut reſpuendi. Hec ego q̃q̃ poſſim merito
dicere: tamẽ uobiſ condono. nec ſatiſ mihi duco ſi me omniũ que

inſimulaſtiſ abunde purgaui. ſi nuſquã paſſuſ ſum. uel exiguam ſuſpitionem magie conſiſtere. reputate uobiſcum: quanta fiducia innocentie mee: quantoq; deſpectu ueſtri agam: ſi una cauſa uel minima fuerit inuenta: cur ego debuerim Pudentille nuptiaſ ob aliquod meum cõmodum appetere: ſi quãlibet modicum emolu/mẽtum probaueritiſ: Ego ille ſim Carinondaſ: uel Damigeron: uel Hiſmoſeſ: uel Iohanneſ: uel Apolloniuſ: uel ipſe Dardanuſ: uel quicunq; aliuſ poſt Zoroaſtren & Hoſtanen: inter magoſ celebratuſ eſt. Vide queſo Maxime quẽ tumultum ſuſcitarint: quoniã ego paucoſ magorum nomĩatim percenſui. Quid faciam tam rudibuſ. tam barbariſ? doceam Rufinũ. Hec et multo plura alia nomĩa in bibliothecaſ publiciſ: apud clariſſimoſ ſcriptoreſ me legiſſe? An diſputem: longe aliud eſſe noticiã nominũ: aliud artiſ eiuſdẽ habere cõmunionem? Nec debere doctrine inſtrumẽtum: et eruditiõiſ memoriam: pro confeſſiõe criminiſ haberi? An quod multo p̄ſtabiliuſ eſt: tua doctrina Claudi Maxime: tuaq; pfecta eruditione fretuſ: contemnã ſtultiſ & impolitiſ ad hec reſpõdere? Ita potiuſ faciã. quid illi exiſtiment nacci non putabo. quod in/ſtitui pergam diſputare: nullam mihi cauſam fuiſſe Pudentillam ueneficiiſ ad nuptiaſ prolectandi. formam mulieriſ & etatem: ipi ultro improbauerunt. idq; mihi uitio dederunt: talẽ nxorẽ cauſa auaricie concupiſſe. atq; adeo primo dotem in cõgreſſu grandem et uberem rapuiſſe. Ad hec Maxime longa oratione fatigare te non eſt conſilium. nihil uerbiſ opuſ eſt: cum multo diſertiuſ ipſe tabule loquãtur. In quibuſ om̃ia: contra q̃ iſti ex ſua rapacitate: de me quoq; coniectauerunt: facta impreſentiarum: et prouiſa impoſterum deprehendeſ. iam primũ mulieriſ locupletiſſime mo/dicam dotem: neq; eam datam: ſed tantummodo ꝓmiſſam: preter hec ea conditione factam coniectionem: ſi nulliſ ex me ſuſceptiſ liberiſ uita demigraſſet: ut doſ om̃iſ apud filioſ eiuſ Pontianũ & Pudẽtem maneret. Sin uero uno una ue ſupſtite diẽ ſuũ obiſſet. uti tũ diuidua parſ dotiſ poſteriori filio: reliqua p̄oribuſ cederet. Hec ut dico tabuliſ ipiſ docebo. Forſ fuerit ut ne ſic q̃dẽ credat Emilianuſ ſola. ccc. milia nummum ſcripta: eorũq; repetitionem filiiſ Pudẽtille pacto datam. capienſ ipẽ tu manibuſ tuiſ tabulaſ iſtaſ. da impulſori tuo Rufino legat. Pudeat illũ tumidi animi ſui: et ambitioſe mendacitatiſ. quippe ipẽ egenſ: nuduſ. cccc. mili/buſ nũmum a creditore acceptiſ filiã dotauit Pudẽtilla locupleſ

femina. ccc. milibuſ dotiſ fuit contenta. et maritũ habet. et multiſ ſepe & ingentibuſ dotibuſ ſpretiſ: inani nomine tantule dotiſ con/tentum. Ceterum preter uxorem ſuam nihil computãtem omnẽ ſupellectilem. cunctaſq; diuitiaſ in concordia coniugiſ. et multo amore ponentem. Quanq̃ quiſ omniũ uel exigue rerum perituſ culpare auderet: ſi mulier uidua & mediocri forma: at non etate mediocri: nubere uolenſ: longa dote & molli cõditiõe inuitaſſet iuuenẽ. neq; corpore: neq; aĩmo: neq; fortuna penitẽdum. Virgo formoſa et ſi ſit oppido pauper: tamen abunde dotata eſt. affert qppe ad maritum nouum aĩmi indolem. pulchritudiniſ gratiam. floriſ rudimentum. Ipſa uirginitatiſ commendatio iure meritoq; oĩbuſ maritiſ acceptiſſima eſt. Nam quodcunq; aliud in dotem acceperiſ: poteſ cũ libuit: ne ſiſ beneficio obſtrictuſ: oĩe ut acce/peraſ: retribuere. pecuniã renumerare. mancipia reſtituere. domo demigrare. prediiſ cedere. ſola uirginitaſ cũ ſemel accepta ẽ reddi nequitur. Sola apud maritũ ex rebuſ dotalibuſ remanet. Vidua autem qualiſ nuptiiſ uenit: taliſ diuortio digreditur. nihil affert impoſſibile. ſed uenit iã ab alio preflorata. certe tibi ad queueliſ: minime dociliſ. non minuſ ſuſpectanſ nouam domum: q̃ ipſa iam ob unum diuortium ſuſpectanda. ſiue illa morte amiſit maritum: ut ſceui ominiſ mulier: et infauſti cõiugii: minime appetenda. ſeu repudio digreſſa eſt: utramuiſ habeat culpa mulier: que aut tam intolerabiliſ fuit: ut repudiaretur: aut tã inſolenſ: ut repudiaret. Ob hec et alia uidue dote aucta: procoſ ſollicitãt. quod Puden/tilla quoq; in alio marito feciſſet: ſi philoſophũ ſpernẽtem dotiſ non reppeiſſet. Age uero ſi auaritie cauſa mulierem cõcupiſſem: quid mihi utiliuſ ad poſſidendam domum eiuſ fuit: q̃ ſimultatem inter matrem & filioſ ſerere? Alienare ab eiuſ animo liberorum caritatem? quo liberiuſ & arctiuſ deſolatam mulierem ſoluſ poſ/ſiderem. Fuit ne hoc predoniſ: quod eſſe uoſ fingitiſ. Ego uero quietiſ & cõcordie et pietatiſ autor. conciliator. fauiſſor. non mõ noua odia non ſerui: ſed uetera quoq; funditus extirpaui. Suaſi uxori mee: cuiuſ ut iſti aiunt iam uniuerſaſ opeſ tranſuoraram: ſuaſi inquã ac deniq; perſuaſi: ut filiiſ pecuniam ſuam repoſcen/tibuſ: de quo ſupra dixeram: ut eam pecuniã ſine mora redderet in prediiſ. uili aeſtimatiſ: et quanto ipſi uolebant. Preterea ex re familiari ſua fructuoſiſſimoſ agroſ: et grandem domũ: opulente ornatam. magnãq; uim tritici: et ordei: et uini: et olei: ceterorũq;

fructuũ. ſeruoſ quoq; haud minuſ quadringentiſ pecora ampliuſ
neq; pauca: neq; abiecti precii donaret: ut eoſ & ex ea quam tri/
buiſſet parte: ſecuroſ haberet. et ad cetera hereditatiſ bona: ſpe
inuitaret. Hec ego ab inuita Pudẽtilla. patietur enim me uti reſ
fuit: ita dicere: egre exauditus ingentibuſ precibuſ: inuite & irate
extorſi. Matrem filiiſ reconciliaui. Priuignoſ meoſ: primo hoc
uitrici beneficio: grandi pecunia auxi. Cognitum hoc eſt tota ci/
uitate. Rufinum om̃eſ execrati: me laudibuſ tulere. Venerat ad
noſ priuſ: q̃ iſtam donationem mater perficeret: ut cum diſſimili
iſto fratre ſuo Pontianuſ ante pedeſ noſtroſ aduolutuſ: ueniam
et obliuionem preteritorum omnium poſtularet: flenſ & manuſ
noſtraſ oſculabunduſ: ac dicenſ penitere: ꝙ Rufino & ſimilibuſ
auſcultarit. Petit poſtea ſuppliciter uti ſe Lolliano quoq; Auito
.C.V. purgem: cui haud pridem tirocinio profectioniſ ſue fuerat
a me commendatuſ. quippe compererat ante paucoſ dieſ omnia
me ut acta erant: ad eum perſcripſiſſe. Id quoq; a me impetrat.
Itaq; acceptiſ litteriſ carthaginem pergit. ubi iam prope exacto
cõſulatuſ ſui munere: Lollianuſ Auituſ te Maxime opperiebat̃.
Hiſ epiſtoliſ meiſ lectiſ: pro ſua eximia humanitate: gratulatuſ
Põtiano: ꝙ cito errorem ſuum correxiſſet: reſcripſit mihi per eũ.
Quaſ litteraſ dii boni? Qua doctrina? Quo lepore? Qua uerbo/
rum amenitate ſimul & iucũditate? prorſuſ ut uir bonuſ: dicendi
perituſ. Scio te Maxime libenter eiuſ litteraſ auditurũ. Et q̃dem
ſi perlegam mea uoce pronunciabo. Cedo tu Auiti epiſtolaſ. ut
que ſemper ornamẽto mihi fuerunt: ſint nunc etiam ſaluti. At tu
licebit aquã ſinaſ fluere. Namq; optimi uiri litteraſ ter & quater
ab eo quãtouiſ temporiſ diſpendio lectitarem. Non ſum neſciuſ:
debuiſſe me poſt iſtaſ Auiti litteraſ perorare. Quem enim lauda/
torem locupletiorem: quẽ teſtem uite mee ſanctiorẽ producam?
Quem deniq; aduocatum facundiorem? Multoſ in uita mea ro/
mani nominiſ diſertoſ uiroſ ſedulo cognoui. ſed ſum eque nemĩnẽ
admiratuſ. Nemo eſt hodie: quãtum mea opinio fert: alicuiuſ in
eloquentia laudiſ: ac ſpei: quin Auituſ eſſe longe malit: ſi cum eo
ſe remota inuidia uelit conferre. quippe om̃eſ fandi uirtuteſ: pene
diuerſe: in illo uiro congruunt. Quancunq; orationem ſtruxerit
Auituſ: ita illa erit undiq; ſui ꝑfecte abſoluta: ut ĩ illa neq; Cato
grauitatem: requirat. neq; Leliuſ lenitatẽ. neq; Gracchuſ impetũ.
nec Ceſar calorem. nec Hortenſiuſ diſtributionem. nec Caluuſ

argutiaſ. nec perſimoniam Saluſtiuſ. nec opulentiam Cicero.
Prorſuſ in qua ne om̄iſ perſequar: ſi Auitum audiaſ: neq; additū
quicquã uelíſ: neq; detractum. neq; autẽ aliquid commutatum.
Video Maxime q̄ benigne audiaſ. que in amico tuo Auito re/
cognoſciſ. Tua me comitaſ: ut uel pauca dicerẽ de eo: inuitauit.
At non uſq; adeo tue beniuolẽtie indulgebo: ut mihi permittam
iam ꝓpe modū feſſo: í cauſa prorſuſ ad finẽ inclinata de egregiſ
uirtutibuſ eiuſ: nunc demum incipere. Quin potiuſ eaſ integriſ
uiribuſ. et tempori libero ſeruem. Nunc enĩ mihi quod egre fero:
a cõmemoratione tanti uiri: ad peſteſ iſtaſ oratio reuoluenda ẽ.
Audeſ ne te ergo Emiliane cum Auito conferre? Quem ne ille
bonum uirum ait: cuiuſ animi diſputationem tam plene ſuiſ lit/
teriſ collaudat: eum tu magie malefícii criminiſ inſectabere? An
inuaſiſſe me domum Pudẽtille: et compilare bona eiuſ: tu magiſ
dolere debeſ: q̄ doluiſſet Pontianuſ: qui mihi ob paucoꝝ dierum:
ueſtro ſcilicet inſtinctu: ortaſ ſimultateſ: etiã abſenti apud Auitū
ſatiſfeat? qui mihi apud tãtum uirū gratiaſ egit? Puta me acta
apud Auitū: non litteraſ ipſiuſ legiſſe. quid poſſeſ: uel quaſ quiſ in
iſto negotio accuſare? Pontianuſ ipſe quod a matre donatū ac/
ceperat: meo muneri acceptum ferebat. Pontianuſ me uitricum
ſibi cõtigiſſe intimiſ affectionibuſ letabat. quod utinã incolumiſ
carthagine reuertiſſet. uel quoniã ſic ei fuerat fato decretū: utinã
tu Rufine ſummum eiuſ iudicium non impediſſeſ. quaſ mihi aut
coram. aut deniq; in teſtamento gratiaſ egiſſet. Litteraſ tñ quaſ
ad me carthagine: uel iam aduẽienſ ex itinere ꝑmiſit: quaſ adhuc
ualiduſ: quaſ iã eger: plenaſ honoriſ: plenaſ amoriſ: queſo Maxi/
me: pauliſper recitari ſinaſ. ut ſciat frater eiuſ: accuſator meuſ: q̄
in omnibuſ Minerue curriculum cū fratre optime memorie uiro
currat. Audiſti ne uocabula: que mihi Pontianuſ frater tuuſ tri/
buerat? Me parentem ſuum: me dominum: me magiſtrum: tum
ſepe aliaſ: tū in extremo tempore uite uocanſ: poſſem tuaſ quoq;
pariſ epiſtolaſ promere: ſi uel exiguã moram tanti putarẽ. potiuſ
teſtamentum illud recenſ tui fratriſ: quanq̄ imperfectum: tamen
ꝓferri cuperẽ: in quo mei officioſiſſime: et honeſtiſſime meminit.
quod tamen teſtamentum Rufinuſ neq; comparari: neq; perfici
paſſuſ: etiam pudore perdite hereditatiſ: q̄ paucorum menſium:
quibuſ ſocer Pontiani fuit: magno q̄dem precio noctium com/
putarat. Preterea neſcio quoſ chaldeoſ conſuluerat: quo lucro

filiam collocaret? Qui ut audio: utinam illud non uere reſpõdiſ/ſent: primum eiuſ maritum in paucıſ menſibuſ moriturum. Cetera enim de hereditate ut aſſolent: ad conſulentiſ uotum confinxe/rũt. uerũ ut dii uoluere: quaſi ceca beſtia: incaſſum hiauit. Ponti/anuſ enim filiam Rufini male compertam: non modo heredem non reliquit. ſed ne honeſto quidem legato impartiuit. quippe qui ei ad ignominiam lintea aſcribi ducentorum fere denariorũ iuſſit. ut intelligeretur. iratuſ potiuſ externaſſe eam: q̃m oblituſ preteriſſe. Scripſit autem heredeſ tam hoc teſtamento: q̃ priore quod lectum eſt: matrem cũ fratre: cui ut uideſ admodũ puero: tandem illam filie ſue machinam Rufinuſ admouet. Ac mulierẽ alioqui multo natu maiorem: nuperrime uxorem fratriſ: miſero puero obiicit: et obſternit. At ille puelle meretriciſ blandimentiſ: et lenoniſ patriſ illectamentiſ captuſ & poſſeſſuſ: exinde ut frater eiuſ aĩmam edidit: relicta matre: ad patruum commigrauit. quo faciliuſ: remotiſ nobiſ: cẽpta perficerentur. fauet enim Rufino Emilianuſ. et prouẽtum cupit. Ehem recte uoſ ammonetiſ. etiã ſuam ſpem bonuſ patruuſ temperat in iſto: ac fouet. qui ſciat in/teſtati pueri legitimũ magiſ: q̃ iuſtum heredem futurum. nollem hercule hoc a me profectum. non fuit mee moderationiſ tacitaſ omnium ſuſpitioneſ palam abrumpere. male uoſ qui ſuggeſſiſtiſ. Plane quidem: ſi puerum uelis: multi mirantur Emiliane tam repentinam circum puerum iſtum tuam pietatem: poſtq̃m frater eiuſ Pontianuſ eſt mortuuſ: cum antea tam ignotuſ illi fueriſ: ut ſepe ne in occurſu quidem: filium fratriſ tui de facie agnoſcereſ. at nũc adeo patientem te ei prebeſ: itaq; cũ indulgentia corrũpiſ: adeo ei nulla re aduerſariſ: ut per hec ſuſpitionibuſ fidem faciaſ. Inueſtem a nobiſ accepiſti. ueſticipem ilico reddidiſti. cũ a nobiſ regeret: ad magiſtroſ ibat. At ab iiſ nũc magna fugela in ganeũ fugit. Amicoſ ſerioſ aſpernatur. cum adoleſcentuliſ poſtremiſſimiſ inter ſcorta & pocula puer hoc eui in conuiuiũ agitat. Ipſe domi tue rector. ipſe familie dominuſ. ipſe magiſter in cõuiuio. in ludo quoq; gladiatorio frequenſ uiſitor. nomĩa gladiatorũ: et pugnaſ: et uulnera: plane q̃dem ut puer honeſte ab ipſo laniſta docetur. Loquitur nunq̃m niſi punice. et ſi quid adhuc a matre greciſſat. latine enim neq; uult neq; poteſt. Audiſti Maxime pauloante proh nefaſ: priuignum meum: fratrem Pontiani: diſerti iuueniſ: uix ſingulaſ ſyllabaſ fringultientem: cum ab eo quagereſ: donaſſet

n̄e illiſ mater que ego dicebam: me adiuuāte donata. Teſtor igit̃
te Claudi Maxime: uoſq; qui in conſilio eſtiſ: uoſq; etiā qui tri/
bunal mecum adſiſtitiſ: hec damna & dedecora morū eiuſ: patruo
huic: et candidato illi ſocero adſignanda: meq; poſt hac nil boni
conſulturum: quod taliſ priuignuſ cure mee iugum ceruice ex/
cuſſerit. neq; poſtea pro eo matri eiuſ ſupplicaturum. Nam quod
poeniſſime oblituſ ſum: nuperrime cum teſtamentum Pudentilla
poſt mortem Pontiani filii ſui: in mala ualitudine ſcripſerit: diu
ſum aduerſuſ illam reniſuſ: ne hunc ob tot inſigneſ contumeliaſ:
ob tot iniuriaſ exheredaret. Elogium grauiſſimum iam totum
mediuſfidiuſ perſcriptum: ut aboleret: impenſiſ precibuſ oraui.
Poſtremo ni impetrarem: diuerſurum me ab ea comminatuſ ſum:
mihi hāc ueniam tribueret: malum filium beneficio uinceret. me
inuidia oīm liberaret. nec priuſ deſtiti: q̄ ita fecit. Doleo me hunc
ſic ſcrupulū Emiliano dempſiſſe. tam inopinatam ſemitam indi/
caſſe. Specta queſo Maxīe: ut hiſce auditiſ ſubito obſtupuerit:
ut oculoſ ad terraſ demiſerit. enim longe ſeciuſ ratuſ fuerat. nec
immerito. mulierem filii contumeliiſ infectam: meiſ offitiiſ de/
uinctam ſciebat. de me quoq; fuit quod timeret. Quiſ enim uel
eque ut ego ſpernenſ hereditatiſ tn̄ uindicari de tam inoffitioſo
priuigno recuſaſſet? Hec precipue ſollicitudo eoſ ad accuſationē
mei ſtimulauit. hereditatē oēm mihi relictam: falſo ex ſua aua/
ricia cōiectauere. Soluo uoſ in preteritū iſto metu. Namq; aīm
meū neq; hereditatiſ: neq; ultiōiſ occaſio potuit loco demouere.
Pugnaui cū irata matre. pro priuigno malo uitricuſ: ueluti pater
pro optimo filio aduerſuſ nouercā. nec ſatiſ fuit: ni bone uxoriſ
prolyxam liberalitatem circa me: nimio pluſ equo cohercerem.
Cedo tu teſtamentum: iam inimico filio a matre factum. me quē
iſti predonem dicerēt: uerba ſingula cū precibuſ preeūte. Rumpi
tabulaſ iſtaſ iube Maxime. inuenieſ filium heredem: mihi uero
tenue neſcioquid honoriſ gratia legatum. ne ſi quid ei hūanituſ
attigiſſet: nomen marituſ in uxoriſ tabuliſ non haberem. Cape
iſta: ut matriſ tue teſtamentum. Vere hoc quidem inofficioſum.
Quid ni? in quo obſequētiſſimum maritum exheredauit: inimi/
ciſſimum filium ſcripſit heredem. immo enimuero non filium: ſed
Emiliani ſpeſ: et Rufini nuptiaſ. ſed temulentum illud collegiū:
paraſitoſ tuoſ. Accipe inquam filiorum optime: et poſitiſ paulliſper
epiſtoliſ amatoriiſ: matriſ lege potiuſ teſtamentum: ſiquid quaſi

inſana ſcripſit: hic reperieſ. et quidem mox a principio. Siciniuſ pudenſ filiuſ meuſ mihi hereſ eſto. Fateor q hoc legerit: inſanū putabit. Hiccine filiuſ hereſ: qui te in ipo fratriſ ſui funere aduo/cata perditiſſimorum iuuenum manu uoluit excludere e domo: quā ipa donaueraſ. q te ſibi a fratre coheredem relictū: grauiter et acerbe tulit. qui cōfeſtim te cum tuo luctu & merore deſeruit. et ad Rufinum & Emilianū: de ſinu tuo aufugit. q ibi plurimaſ poſtea contumeliaſ dixit coram: et adiuuante patruo fecit. q no/men tuum pro tribunalibuſ uentilauit. qui pudorem tuū tuiſmet litteriſ conatuſ eſt publice dedecorare. qui maritum tuum quem elegeraſ: quē ut ipe obiciebat: efflictim amabaſ: capitiſ accuſauit. Aperi queſo bone puer: aperi teſtamentū. faciliuſ inſaniā matriſ ſic probabiſ. Quid abnuiſ? Quid recuſaſ? poſtq̄m ſollicitudinem de hereditate materna repuliſti. At ego haſce tabulaſ Maxime hic ibidem pro pedibuſ tuiſ adicio. Teſtorq; me deincepſ incu/rioſiuſ habiturum: quid Pudentilla teſtamento ſuo ſcribat. Ipſe iam ut libet: matrem ſuam decetero exoret. Mihi ut ultra pro eo deprecer: locum non reliquit. Ipſe iam ut ſui potenſ: ac uir: acer/biſſimaſ litteraſ matri dictet. iram eiuſ deliniat: q potuit porare: potuit exorare. Mihi iam dudum ſatiſ eſt: ſi non modo crimina obiecta pleniſſime dilui: uerum etiam radicem huiuſ iudicii: id ē hereditatiſ queſite inuidiam funditus ſuſtuli. Illud etiam ne quid oīum preteream: priuſq̄ peroro: falſo obiectū reuincam. Dixiſtiſ me magia de pecunia mulieriſ pulcherrimum predium meo no/mine emiſſe. dico exiguum herediolum. lx. milibuſ nummum: id quoq; non me: ſed Pudentillam ſuo nomine emiſſe. Pudentille nomen in tabuliſ eſſe. Pudentille nomine pro eo agello tributū depēdi. preſenſ ē queſtor publicuſ. cui depenſū eſt: Coruinuſ celer uir ornatuſ. Adeſt etiam tutor autor mulieriſ. uir grauiſſimuſ: et ſanctiſſimuſ: omni cū honore mihi noīanduſ: Caſſiuſ Longinuſ. Quere Maxime cuiuſ emptioniſ autor fuerit. quantulo precio mulier locupleſ agellum ſuum preſtinarit. Teſtimonium Caſſii Longini tutoriſ. et Coruini clementiſ. quod recitatum eſt. Eſt ne ita ut dixi? uſpiam in hac emptione nomen meum aſcriptum eſt? Num ipm herediolí precium inuidioſum eſt? Num uel hoc ſaltem in me collatū? Quid etiā eſt Emiliane quod nō te iudice refutauerim: quod preciū magie mee reppiſti? Cur ego Pudētille animū ueneficiiſ flecterem? quod ex ea cōmodum caperem: uti

dotem mihi modicã potiuſ: q̃ amplã diceret? O preclara carmĩa. an ut eã dotem filiiſ ſuiſ magiſ reſtipularet̃: q̃ peneſ me ſineret? Quid addi ad hanc magiam poteſt? an uti rem familiarem ſuam meo adhortatu pleramq; filiiſ cõdonaſſet: que nihil illiſ ante me maritũ fuerat largita? mihi quicq̃ impartiret. O graue ueneficiũ dicam. an ingratum beneficiũ? an ut teſtamento quod irato filio ſcribebat: filiũ potiuſ: cui offenſa erat: q̃ me cui deuincta: heredẽ relinqueret? Hoc quidem multiſ carminibuſ difficile impetraui. Putate uoſ cauſam non apud Claudiũ Maximum agere: uirum equũ: et iuſticie pertinacem: ſed alium aliquẽ prauum & ſeuum iudicem ſubſtituite. accuſationũ fautorẽ: cupidum cõdemnandi. date ei quod ſequat̃. miniſtrate. uel tantulũ ueriſimilẽ occaſionẽ ſcdm̃ uoſ pronũciandi. Saltem fingite aliqd. reminiſcimini: quod reſpõderatiſ: qui uoſ ita rogarit. et quoniã omnẽ conatũ neceſſe eſt quepiã cauſa precedat: Reſpondete: qui Apuleiũ dicitiſ aĩm Pudentille magiciſ illectamẽtiſ adortũ: quid ex ea petierit? Cur fecerit? formam eiuſ uoluerat? negatiſ. diuitiaſ ſaltẽ cõcupierat? negant tabule dotiſ. negant tabule donationiſ. negant tabule teſtamẽti: in qbuſ nõ modo nõ cupide appetiſſe: uerum etiã dure repuliſſe. liberalitatẽ ſue uxoriſ oſtẽditur. Que igit̃ alia cauſa ẽ: Quid obmutuiſtiſ? qd tacetiſ? Vbi illud libelli ueſtri atrox prin/cipiũ: noie priuigni mei formatũ. Hunc ego dñe Maxime rerũ apud te facere inſtitui. Quin igit̃ addiſ reũ magiſtrũ? reũ uitricũ? reum deprecatorem? Sed quid deinde? plurimorũ maleficioꝝ. et manifeſtiſſimorũ. Cedo unũ de plurimiſ. Cedo dubium. uel ſaltem obſcurũ de mãifeſtiſſimiſ. Ceterũ ad hec que obieciſtiſ innumera: biniſ uerbiſ rñdeam. Denteſ ſplendidaſ: ignoſce mũdiciſ. Specula ĩſpiciſ: debet philoſophuſ. Verſuſ faciſ: licet fieri. Piſceſ exploraſ: Ariſtoteleſ docet. Lignum cõſecraſ: Plato ſuadet. Vxorẽ ducis: legeſ iubẽt. Prior natu iſ eſt: ſolet fieri. Lucrum ſectatuſ eſ dotiſ: dotalẽ accipe. donationẽ recordare. teſtamentũ lege. que ſi om̃ia affatim recudi: ſi calũniaſ om̃ſ refutaui: ſi in om̃ibuſ: nõ mõ crimi/nibuſ: uerũ etiã maledictiſ: procul a culpa phie tutuſ ſum: ſi phie honorẽ: q mihi ſalute mea antiqor eſt: nuſq̃ minui: immo contra ubiq; ſi cũ ſeptem penniſ eũ tenui: ſi hec ut dico: ita ſunt: poſſum ſecuriuſ tuã exiſtimationẽ reuereri: q̃ poteſtatẽ uereri. ꝙ minuſ graue & uerendum mihi arbitror: a ꝓconſule damnari: q̃ ſi a tam bono: tamq; emendato uiro improber: dixi.

QVi me uoluiſtiſ dicere ex tempore: accipite
rudimẽtum: poſt experimentum. quippe pro
ut mea opinio eſt: bono periculo periculum
faciam: poſtq̃ re probata meditata: ſum dic/
turuſ incognita. Nec enim metuo: ne in fri/
uoliſ diſpliceam: qui in grauioribuſ placui.
Sed me om̃ifariam noueritiſ. et in iſto ut ait
Luciliuſ ſcedico & incondito. Experimini an idẽ ſim repẽtinuſ.
qui preparatuſ. Siqui tamẽ ueſtrũ nondũ ſubitaria iſta noſttra
cognoſcitiſ. que ſcilicet audietiſ: pari labore quo ſcribimuſ: uenia
propenſiore qua legimuſ. Sic enim ferme aſſolet apud prudẽteſ
uiroſ eẽ in operibuſ elaboratiſ: iudicatio reſecratior. in rebuſ ſubi/
tariiſ uenia prolyxior. Scripta enim penſiculatiſ & examinatiſ.
repentinam autẽ noſcitiſ ſimul & ignoſcitiſ. nec iniuria. Illa enim
que ſcripta legimuſ: et tacentibuſ nobiſ talia erunt: qualia illata
ſunt. Hec uero que impreſentiarum: et quaſi nobiſcum patienda
ſunt: talia erunt: qualia uoſ illa fauendo feceritiſ. Quanto enim
exinde oratõi modificabor. tanto a uobiſ in maiuſ tolletur. Voſ
enim aduerto libenter audire. perinde in manu ueſtra ſitum eſt:
uela noſtra ſummãre: et iam immittere: ne pendula & flaccida:
neue reſtricta & caperata ſint. At ego quod Ariſtippuſ dixit ex/
periar. ¶ Ariſtippuſ ille cyrenaicie ſecte reptor: quodq; malebat
ipẽ: Socratiſ diſcipuluſ. eum quidam tyrannuſ rogauit: quid illi
philoſophie ſtudium tam impenſum: tamq; diutinum profuiſſet:
Ariſtippuſ reſpondit: ut cum omnibuſ inquit hominibuſ ſecure &
intrepide fabularer. Verbo ſubito ſumpta ſententia eſt: quia de/
repentino oborta ẽ. quaſi uelut in materia lapideſ temerario in/
teriectu poni neceſſe eſt: neq; interiecto intrinſecuſ pondere: neq;
inclinato profunde ſitu: neq; cobibẽtibuſ ad regulam lineiſ: qppe
qui ſtructum orationiſ huiuſ: egomet non e monte modo lapidẽ
e directo ceſum afferam: probe omnifariam complanatũ leniter
ad extremaſ oraſ ad unguem coequatum. Sed quẽ operi accom/
modem: uel inequalitate aſpera: uel lenitate lubrica: uel anguliſ
eminula: uel rotundo uolubila: ſine regule correctione: et men/
ſure parilitate. et ꝑpendiculi ſollertia. Nulla enim reſ poteſt eſſe
eadem feſtinata ſimul & exammata. nec eſſe quicq̃ omniũ: quod

habeat & laudem diligentie ſimul: et gratiã celeritatiſ. prebui me quorũdam uoluntati: qui oppido uoluerunt que a me deſidera/bantur: ut dicerem extempore. ¶ Et eſt hercule formido: ne id mihi euenerit: quod coruo ſuo euẽiſſe Eſopuſ fabulatur. Id erit: nedum laudem hanc nouam captare apparo: illam quam ante peperi: cogar amittere. ſed de Apologo queritiſ. nõ pigebit aliqd fabulari. Coruuſ & uulpeſ unam offulam ſimul uiderant: eãq; raptam feſtinabant pari ſtudio: impari celeritate. uulpeſ curſu: coruuſ uolatu. Igiẽ aleſ beſtia preuenit. et ſecũdo flatu: paſſiſ aliſ: utrũq; prelabiẽ. et iam anticipat. atq; ita preda ſimul & uictoria letuſ: ſublime euectuſ: in quadam proxima quercu: in ſummo eiuſ cacumine tutuſ ſedit. Eoq; tamẽ uulpeſ quo alipedem nequibat cõſequi: dolum iecit. nãq; eandem arborem ſucceſſit. et ſubſiſtenſ: cũ ſuperne uictorem preda ouantẽ uideret: laudare aſtu adorta eſt. Ne ego inſcita: que cum alite Apolliniſ fruſtra certauerim. quippe cum pridem tam concinnum eſt: neq; oppido paruũ: neq; nimiſ grande ſit: ſed ꝗtum ſatiſ ad uſum decoremq;. pluma molliſ. caput argutũ. roſtrum ualidum. Iam ipſe oculiſ pſpicax. ungui/buſ tenax. nam de colore quid dicam? enimuero cũ duo coloreſ preſtabileſ forent piceuſ & niueuſ. quibuſ inter ſe nox cũ die diſ/ferunt: utrunq; colorem Apollo ſuiſ alitibuſ cõdonauit. candidũ olori: nigrum coruo. Quod utinã ſicuti cigno cãtum indulſit: ita huic quoq; uocẽ tribuiſſet: ne tã pulchra aleſ: que ex omi auitio lõge precellit uiduata: delitie facũdi dei muta uiueret & elinguiſ. Id uero ut coruuſ audit hoc ſolũ ſibi pre ceteriſ deeſſe: dum uult clariſſime clangere: ut ne ad hoc ſaltem olori concederet: oblituſ offule: quã mordicuſ retinebat: toto rictu hiauit. atq; ita quod uolatu pepererat: cantu amiſit. Enimuero uulpeſ qđ curſu ami/ſerat: aſtu recuperauit. Eãdem iſtam fabulam in pauca cogamuſ: ꝗtum poteſt fieri cohibiliter: Coruuſ ut ſe uocalẽ preberet: quod ſolũ deeſſe tãte eiuſ forme uulpeſ ſimulauerat: crocitare adortuſ: predã quã ore geſtabat: in ſeductricẽ cõpetiuit. ¶ Iam dudũ ſcio quod hec ſignificari flagitetiſ: uobiſ latine: ut neutra parſ ueſtrũ: nec qui grece: nec q latine petebatiſ: dictiõiſ huiuſ experteſ abi/retiſ. Quapropter ſi ita uidetur: ſatiſ oratio noſtra atticiſſauerit. Tempuſ ẽ in latiũ demigrare de grecia. Nam et queſtioniſ huiuſ ferme media tenemuſ. et ꝗtum mea opinio eſt: parſ iſta poſterior pre illa greca que añuertit: nec argumẽtiſ ſit effetior: nec ſentẽtiſ

rarior: nec exemplíſ pauperior: nec oratione defectior. ¶ Plato
omnē naturam rerū: que ad aíalia iure ꝑtineat: trifariam diuiſit.
Cenſuitq; ſummoſ deoſ: ſummū. mediū. et infimū. Fac intelligaſ
non modo loci diſcluſione: uerū etiā nature dignitate: que et ipa
neq; uno neq; gemino modo: ſed pluribuſ cernitur. Ordiri tamen
manifeſtiuſ fuit a loci diſpoſitiōe. Nam ꝓinde ut maieſtaſ poſtu/
labat: diiſ immortalibuſ celum dicauit. quoſ quidem deoſ celiteſ
partim uiſu uſurpamuſ: alioſ intellectu ueſtigamuſ. Ac uiſu qdem
cernimuſ: Voſ o clariſſima mūdi lumía: labētem celo que ducitiſ
ānum. Nec modo iſta precipua ſolem diei opificē: lunamq; ſoliſ
emulam: noctiſ decuſ. ſeu corniculata. ſeu diuidua. ſeu ꝓtumida.
ſeu plena ſit. uaria ignium face: quanto longiuſ ea ceſſat a ſole:
tanto longiuſ colluſtrata: pari incremēto itineriſ: et luminiſ: mē/
ſem ſuiſ actibuſ: ac de paribuſ diſpendiiſ extimanſ. ſeu illa proprio
ſeu perpeti cādore ut chaldei arbitrantur: parte luminiſ compoſ:
parte altera caſſa: fulgoriſ pro circūuerſione oriſ: diſcoloriſ: mul/
tiuaga: pollenſ: ſpeciem ſui uariat. ſeu tota ꝓprii candoriſ experſ.
aliene luciſ indiga. denſo corꝑe. ſeu leui. ceu quodā ſpeculo radiuſ
ſoliſ obſiſtit: et aduerſi uſurpat. ut uerbiſ utar Lucretii: Notam
iactat de corpore lucem. Vtraq; ex animarū uera ſententia eſt.
Nec hec poſtea uideo ſum neq; de ſole: neq; de luna: qſq̄ grecuſ:
aut barbaruſ facile cōiectauerit deoſ eē. nec modo iſtoſ ut dixi:
uerum etiam et ſtellaſ: que uulgo ab imperitiſ nuncupantur. que
tamen indeflexo: et certo: et ſtato curſu meatuſ longe ordina/
tiſſimoſ diuiniſ uicibuſ eternoſ efficiunt. Varia quippe curriculi
uiciſſitudine aſſimulāt pro ſitu & flexu: et obſtituto circulorum
quoſ probe callet. qui ſignorū ortuſ & obituſ comperit in eorum
uiſibiliū deorum numero. Cetera quoq; ſidera: qui cum Platone
ſentiſ locato arcturum: geminoſ. leonem. alioſq; itidem radiantiſ
deoſ. quibuſ celi chorum comptum: et coronatum ſuda tēpeſtate
uiſimuſ pictiſ noctibuſ: ſeuera gratia: toruo decore: ſuſpicienteſ
in hoc perfectiſſimo mūdi ut ait Enniuſ clipeo: miriſ fulgoribuſ
uariata celamina. Eſt aliud genuſ deorum: quod natura uiſibuſ
noſtriſ denegauit. necnon tamen intellectu eoſ mirabundi con/
templamur: acie mentiſ acriuſ cōtemplanteſ. quorum in numero
ſūt illi. xii. numero: ſitu nomie í duoſ uerſuſ ab Ennio coarctati.
Iuno. ueſta. minerua. cereſ. diana. uenuſ. marſ. Mercuriuſ. iouiſ.
neptūnuſ. uulcanuſ. apollo. Ceteriq; id genuſ: quorum nomina

qdem ſunt noſtriſ auribuſ iam diu cognita. Poſſumuſ uero aímiſ
coniectare: p uariaſ utilitateſ in uita agenda aímaduerſoſ in iiſ
rebuſ: qbuſ eorú ſinguli curant. Ceterum prophane philoſophie
turba imperitorum. uana ſanctitudiniſ. priua uere rationiſ. inopſ
religióiſ. impoſ ueritatiſ. ſcrupuloſiſſimo cultu. inſolentiſſimo ſpú.
deoſ negligit: parſ in ſuperſtitionem: parſ in cótemptum tumida.
Hoſ náq; cunctoſ deoſ: in ſublimi etheriſ uertice locatoſ: ab hu/
mana contagione procul diſcretoſ plurimi: ſed nó rite uenerant.
omneſ ſed inſcie: metuunt. pauci ſed impie: diffitétur. Quoſ deoſ
Plato exiſtimat ueroſ. incorporaleſ. aímaleſ. neq; fine ullo. neq;
exordio: ſed prorſuſ ac retro euiternoſ: corporiſ contagione ſua
quidem natura: remotoſ: ingenio ad ſummam beatitudinem pro/
recto: nulliuſ extrarii boni participatione. ſed ex ſe bono: et ad
oĩa competétia prono nutu facili. ſimplici. libero. et abſoluto:
quorum parentem: qui omniú rerum dominator atq; autor eſt:
ſolum ab oĩbuſ nexibuſ patiendi aliquid: gerendi ue: nulla uice
ad alicuiuſ rei mutua obſtrictum. Cur ego núc dicere exordiar:
cum Plato celeſti facúdia predituſ: equipabilia diiſ immortalibuſ
diſſerenſ: frequentiſſime predicet. Hunc ſolum maieſtatiſ incre/
dibili quadã nimietate: et ineffabili: non poſſe penuria ſermoniſ
humani: quauiſ oratione: uel modice cóprehendi? uix ſapiétibuſ
uiriſ: cum ſe uigore animi quantum licuit: a corpore ſemouerint
intellectum huiuſ dei: id quoq; interdum uelut in arctiſſimiſ te/
nebriſ: rapaciſſimo coruſcamine lumen candidum intermicare.
Miſſum igitur hunc locum faciam: in quo nó mihi qdem tantú:
ſed ne Platoni qdem meo ualuerunt ulla uerba: pro amplitudine
rei ſuppetere. Quid igitur faciam in rebuſ. mediocritatem meam.
et qdem longe ſuperantibuſ? receptui canam. tandemq; orationé
de celo in terram deuocabo. in qua precipuum animal homineſ
ſumuſ. quanq̃ pleriq; ſe incuria diſcipline: ita omnibuſ erroribuſ
deprauarunt: ac piacularibuſ ſceleribuſ prebuerút: et prope exeſa
mãſuetudine generiſ ſui immane efferarút: ut poſſit uideri nullú
animal in terriſ homine poſtremiuſ. Sed nunc non de errorum
diſputatióe. ſed de nature diſtributione diſſeramuſ. Igitur hoíeſ
ratione plaudenteſ. oratione pollenteſ. immortalibuſ animiſ mo/
ribundiſ membriſ. leuibuſ & anxiiſ mentibuſ. brutiſ & obnoxiiſ
corporibuſ. diſſimillimiſ moribuſ. ſimillibuſ erroribuſ. peruicaci
audacia. pertinaci ſpe. caſſo labore. fortuna caduca. ſingulatim

mortaleſ. cuncti tamen uniuerſo genere perpetui. uiciſſim ſuffi/
cienda ꝑle mutabileſ. uolucri tempore. tarda ſapiētia. cita morte. ⁊
querula uita. terraſ incolūt. Habetiſ interim bina animalia. deoſ
ab hōibuſ plurimū differenteſ. loci ſublimitate. uite perpetuitate.
nature perfectiōe. nullo inter ſe propinquo cōmunicatu. cum et
habitacula ſūma ab infimiſ tāta intercapedine faſtigii diſpeſcāt.
et uiuacitaſ illic eterna. et indefecta ſit. hic caduca & ſubſiciua.
Ingenia illa ad beatitudinem ſublimata ſint: hec ad miſeriaſ infi/
mata. Quid igitur nullo ne connexu hec natura ſeiunxit: ſed in
diuinam & hūanam partem ſeiugatam eē. et interruptā. et ueluti
debilem paſſa eſt? Nam ut idem Plato ait: nulluſ deuſ miſcetur
hōibuſ. ſed hoc precipuum eorum ſublimitatiſ ſpecimen eſt: quod
nulla contractione noſtra cōtaminatur. Parſ eoꝝ tamē obtutu
hebeti uiſuntur: ut ſidera. de quorum adhuc & magnitudine: et
coloribuſ: hoīeſ ambigunt. Celo aūt ſoli intellecta. neq; ꝓmpto
noſcuntur. Quod qdem mirari ſuper hiſ immortalibuſ nequaq̄m
congruerit: cum alioquin & inter homineſ qui fortune munere
opulētia elatuſ: et uſq; ad regni mutabilem ſuggeſtū: et pendulū
tribunal euectuſ eſt: raro aditu: et longe remotiſ arbitriiſ: in qui/
buſdam dignitatiſ ſue penetralibuſ degenſ. Parit enim cōuerſatio
contemptū: raritaſ conciliat ipa rebuſ admirationem. Quid igit̄
orator obiecerit aliquiſ: primo iſtam celeſtem quidem: ſed pene
inhumanam tuam ſententiam miſſam faciam: ſi omnino homineſ
a diiſ immortalibuſ procul repellunt̄. Atq; ita ī hec terre tartara
releganturː ut omniſ ſit illiſ aduerſuſ celeſtiſ deoſ: cōmunio dene/
gata. ne quiſq̄m eoſ e celitum numero: uelut paſtor. uel equiſio.
uel bubſequa: ſeu balantum. uel hinnientiū. uel mugientiū gregeſ
interuiſat: qui ferocibuſ moderetur. morbidiſ medeatur. egeniſ
opituletur. Nulluſ inquiſ deuſ humaniſ rebuſ interuenit. Cui igit̄
preceſ allegabo? Cui uota nūcupabo? Cui uictimā cedam? Quē
miſeriſ auxiliatorē: quē fautorem boniſ: quē aduerſatorē maliſ:
cū uita ciebo? Quem deniq; quod frequētiſſimū eſt: iureiurando
uti potero inter troianoſ ſtirpe cognatoſ. et fortaſſe inter genteſ
prelio cognitaſ. At enim inter nuculoſ recenſ cognitoſ? ſi nemo
huic capiti crediderit: quiſ pro te deuſ fidem dicet? An ut feroci/
ſimo Mezentio: dextra & telum quod miſſile libro? apageſiſ tam
cruētoſ deoſ dexteram cedibuſ feſſam. telūq; ſanguīe rubiginoſū.
utrunq; idoneum non eſt: per quod adiureſ: utue per iſta iurent:

cum ſit ſummi deorum hic honor propriuſ. Nam et iuſiurandum dicitur: ut ait Enniuſ. Quid igit̃ iurabo ꝑ Iouem lapidē. romāo uetuſtiſſimo ritu? Atqui ſi Platoniſ uera ſentētia eſt: nunq̄ ſe deū cum homine cōmunicare: faciliuſ me audierit lapiſ q̄ Iupiter. nō. Reſpondebit enim Plato pro ſua ſententia mea uoce. Non uſq;/ adeo ſeiunctoſ & alienatoſ a nobiſ deoſ predico: ut ne uota q̄dem ueſtra arbitrer peruenire. Neq; enim illoſ ſacriſ rerū humanarū: ſed a contrectatione ſola remoui. ¶ Ceterum ſunt quedam diuine medie poteſtateſ: inter ſummum ethera: et infimaſ terraſ: in iſto interſite aeriſ ſpatio: ꝑ quaſ & deſideria noſtra: et merita ad deoſ cōmeant. hoſ greco nomine demoneſ nuncupant. inter mortaleſ celicolaſq; uectoreſ hinc precum: inde donorum. qui ultro citroq; portāt hinc petitiōeſ: inde ſuppetiaſ: ceu q̄dam utrinq; interp̄teſ et ſalutigeri. per hoſ eoſdē ut Plato in ſympoſio autumat: cūcta denunciata. et magorum uaria miracula. omſq; preſagioꝝ ſpecieſ reguntur. Eorum q̄ppe de numero prediti curant ſinguli eorum prouide: ut eſt cuiq; tributa prouincia: uel ſomniſ conformandiſ: uel extiſ phyſiculandiſ. uel prepetibuſ gubernandiſ: uel oſcinibuſ erudiendiſ: uel uatibuſ inſpirandiſ: uel fulminibuſ iaculandiſ: uel nubibuſ coruſcādiſ: ceteriſq; adeo: per que futura dinoſcimuſ: que cuncta celeſtium uoluntate. et numine. et autoritate: ſed demo/ num obſequio et opera atq; cura: ut Annibali ſomnia orbitatem oculi cōmoneant: Flaminio auſpicia periculum cladiſ predicēt. Accio Nauio miraculum cotiſ adducant. atq; ut nonnulla regni futuri ſigna precurrant. ut Tarquiniuſ Priſcuſ aquila obumbrēt ab apice. Seruiuſ Tulliuſ flāma collumīetur a capite. Poſtremo cūcta ariolum preſagia: fulgurū bidentalia: carmina Sibyllarū: que omnia ut dixi: medie quepiam poteſtateſ inter hoīeſ ac deoſ obeunt. Neq; enim pro maieſtate deum celeſtium fuerit: ut eorū quiſq̄ uel Annibali ſomniū pingat. uel Flaminio hoſtiā corro/ dat. uel Accio Nauio cotificet. uel Sibylle fatiloquia uerſificet. uel Tarq̄nio uelit apicem reddere. Seruio uero inflāmare uerticē. nec exurere. nō eſt opere diiſ ſuperiſ ad hec deſcendere. Medioꝝ iſta ſortitio eſt: qui in aeriſ plagiſ: terre conterminiſ: nec minuſ confinibuſ celo: perinde uerſantur: ut in quacunq; parte nature propria ſint animalia: et in ethere uolantia: et in terra gradiētia.

¶ Nam cum quattuor ſint elemēta notiſſima: ueluti quadrifaria natura magniſ partibuſ diſtermina: ſintq; ꝓpria aīalia terrarum

et flãmarꝝ: ſi qdem Ariſtoteleſ autor ẽ. in fornacibuſ flagrãtibuſ
quedã propria aĩalia pinnuliſ apta uolitare: totumq; euũ ſuũ in
igni diuerſari: cũ eo exoriri: cumq; eo extingui: Preterea cũ tot
uaga ſidera ut priuſ dictum eſt: ſurſum in ethere: hoc eſt in ipſo
liquidiſſimo igniſ ardore cõpareant: cur hoc ſolum ex quattuor
elementũ aeriſ: quod tãto ſpatio interſitũ eſt. caſſum ab oĩbuſ.
deſertũq; a cultoribuſ ſuiſ natura pateretur? qn in eo quoq; aere
aĩalia gignerent: ut in igni flãmida ĩ unda fluxa: ĩ terra glebu/
lenta. Nã qđ qdam aueſ aeri attribuat: falſũ ſentire meritiſſimo
dixeriſ. qppe que aueſ nulla earꝝ ultra olympi uerticẽ ſublimat̃.
Qui cũ excellẽtiſſimuſ oĩm phibeatur: tñ altitudinẽ ppendiculo
ſi metiare: ut geometre autumãt: ſtadia. ❡ altitudo faſtigii nõ
equiparat. cũ ſit aeriſ augmentũ immenſum uſq; ad ſtitima lune.
feliceq;. porro etheriſ ſurſum uerſuſ exordiũ eſt. Quid igit̃ tanta
uiſ aeriſ: que ab hũilibuſ lune anfractibuſ: uſq; ad ſũmũ olympi
uerticem interiacet: Quid tũ uacabit ne aĩalibuſ ſuiſ: atq; erit iſta
ṅature parſ mortua ac debiliſ? Immo enim ſi ſedulo aduertaſ: ipe
quoq; aueſ ſemper terreſtre aĩal nõ aeriũ rectiuſ perhibeãtur.
Semp enĩ illiſ uictuſ oĩſ in terra. ibidem pabulũ. ibidem cubile.
tantũ q; aera proximũ terre: uolando tranſuerberant. Ceterũ cũ
illiſ feſſa ſunt remigia pẽnarum: terra ceu portuſ eſt. Quod ſi ma/
nifeſtũ flagitat ratio: debere propria etiã aĩalia in aere intelligi:
ſupeſt. ut que tãdem & cuiuſmõi ea ſint: diſſeramuſ. Igit̃ terrena
nequaq̃: deuergũt enĩ pondere: ſed nec flãmea: ne ſurſum uerſuſ
calore rapiant̃. Temperanda ergo nobiſ ꝑ loci medietate media
natura: ut ex regioniſ ingenio ſit: et in cultoribuſ eiuſ ingenium.
Cedo igit̃ mente formemuſ. et gignamuſ. oĩno id genuſ corpuſ:
Tertia quedam aĩalia que neq; ſint tam bruta: q̃ terrea: neq; tam
leuia: q̃ etherea. ſed quodammodo utrinq; ſeiugata. Vel ut enim
utrinq; commixta ſint: ſiue amolita: ſeu modificata utriuſq; rei
participatione. ſed faciliuſ ex utroq;: q̃ ex neutro intelligentur.
Habeãt igit̃ hec demonũ corpora modicũ ponderiſ: ne ad ſupna
incedãt. aliqd leuitatiſ: ne ad inferna precipitent̃. Quod ne uobiſ
uidear poetico ritu incredibilia cõfingere: dabo primũ exemplũ
huiuſ librate medietatiſ. neq; enĩ procul ab hac corpiſ ſubtilitate
nubeſ cõcretaſ uidemuſ. que ſi uſq; adeo leueſ forẽt: ut ea que oĩo
carent põdere: nunq̃ infra iuga ut ſepenumero aĩaduertimuſ:
grauate caput editi mõtiſ: ceu qbuſdã curuiſ torqbuſ coronarẽt.

Porro ſi ſuapte natura tam ſpiſſe ac graueſ forent: ut nulla illaſ uetuſtioriſ leuitatiſ admixtio ſubleuaret: profecto non ſecuſ q̄ plumbi globuſ: uel lapiſ: ſuapte ui caduce terriſ illideretur. Nunc eníuero pēdule & mobileſ. huc et illuc uice nauiū in aeriſ pelago uentiſ gubernant̄: paululum immutāteſ proximitate & longin/quitate. Quippe ſi aliquo humore fecunde ſūt: uelut ad fletum edendū deorſū degraſſant̄. Atq; oíno humectioreſ hūiluſ meāt. aq̄loniſ agmine: tractu ſegnioreſ. Sudiſ uero ſublimior curſuſ. et cū lanarū uelleribuſ ſimileſ agunt̄. cauo agmíe. uolatu pnitiore. Nonne audiſ. q̄d ſup tonitruū Lucretiuſ facundiſſime diſſerat?
Principio tonitru quatiunt̄ cerula celi. Propterea q̄a cócurrūt ſublime uolanteſ. Etherie nubeſ cōtra pugnātibuſ uentiſ. Nec fit enim ſonituſ celi de parte ſerena. Verū ubicunq; magiſ denſo ſunt agmine nubeſ. Tā magiſ hinc magno fremituſ fit murmure ſepe.
Quod ſi nubeſ ſublime uolitant: omīſq; et exortuſ: et terminuſ: et retro defluxuſ earū in terraſ ē: quid tandē futura cenſeſ demonū corpora: que ſunt cócreta multo minuſ: et tāto ſubtiliora? Non ení ſunt ex hac feculenta nubecula: tumida caligine cóglobata: ſicuti nubiū genuſ eſt: ſed ex illo puriſſimo aeriſ liquido: et ſereno elemēto cohalita. eaq; nemini hoíum temere uiſibilia: niſi diuítuſ ſpēm ſui offerāt: quod nulla in illiſ terrena ſoliditaſ locū luminiſ occupauerit: qui noſtriſ oculiſ poſſit obſiſtere. q̄ ſoliditate noſtra offenſa acieſ immoret̄. ſed fila corporꝝ poſſident rara & ſplēdida. et tenuia uſq; adeo: ut radioſ omniſ noſtri tuoriſ: et raritate tranſ/mittāt: et ſplēdore reuerberent: et ſubtilitate fruſtrent̄. Hinc illa homerica Minerua: que mediiſ cetibuſ Graiū cohibendo Achilli interuenit. uerſum grecū ſi pauliſp̄ operiamini latine enunciabo. atq; adeo hic ſit impreſentiarꝝ:
Minerua igit̄ ut dixi: Achilli moderando iuſſu Iunoniſ aduēit:
Soli pſpicua. aſt aliorū nemo tuet̄. Hinc et illa uirgiliana ma/trona: que in mediiſ milibuſ auxiliabūda fratri cóuerſat̄. miſcetq; uiriſ: nec cernitur ulli. protinuſq; Plautinuſ mileſ ſuper clipeo ſuo gloriat̄: preſtringēſ oculorū aciem hoſtibuſ. Ac ne cūctoſ lógiuſ pſequar: Ex hoc ferme demonū numero poete ſolēt: haud pcul a ueritate: cēſoreſ cauſe & amatoreſ quorūdā hoím deoſ fingere. et tueri illoſ. Interdū aduerſari & affligere. Igitur et miſereri & indignari: et angi & letari. oēmq; hūani animi faciē pati. ac ſimili motu cordiſ & ſalo mentiſ: ad omneſ cogitationū eſtuſ fluctuare.

Que oēſ turbelle tẽpeſtateſq; ꝑcul a deoꝝ celeſtiũ tranqllitate exſulant. Cunctí ení celiteſ: ſp eodẽ ſtatu mẽtiſ: eterna eq̃bilitate potiunt̃. Que nunq̃ illiſ nec ad dolorẽ: nec ad uoluptatẽ: finibuſ ſuiſ pellitur. nec enim menſ illa a ſua perpetua ſecta: ad quempiã ſubitum habitum demouetur: nec alteriuſ ui. Nam nihil eſt deo potentiuſ: nec ſuapte ſponte: nam nihil eſt deo perfectiuſ. Porro autẽ quid poteſt uideri imperfectiuſ fuiſſe: q̃ iſ qui a priore ſtatu: ad alium rectiorem ſtatum migrarit? cum preſertim nemo ſponte capeſſat noua: niſi quẽ penituit priorũ. Non ení poteſt ſubſequi illa mutatio ſine precedentium infirmatione. Quapropter debet deuſ nullam perpeti uel operiſ uel amoriſ: tꝑalem pfũctionem. et idcirco nec indignatione. nec ira contingi. nullo angore cõtrahi. nulla alacritate geſtire. ſed ab omnibuſ paſſionibuſ animi liber: nec dolere unq̃. nec aliquãdo letari. nec aliquid repentinũ uelle: uel nolle. Sed et hec cuncta: ut hoc genuſ cetera: demonum me/diocritati congruunt. Sunt enim inter homineſ ac deoſ: ut loco regioniſ: ita ingenio mẽtiſ interſiti. habenteſ cõmunem cũ ſuperiſ immortalitatem. cũ inferiſ paſſionem. Nam perinde ut noſ pati poſſunt oĩa animorum placamenta: uel incitamenta: ut in ira incitentur. et in miſericordia flectant̃. et doniſ inuitentur et pre/cibuſ leniãtur. et cõtumeliſ exaſperẽtur. et honoribuſ mulceant̃. aliiſq; oĩbuſ ad ſimilẽ nobiſ modũ uarientur. Quippe ut finem cõprehẽdam. demoneſ ſunt genere aĩalia: ingenio rationabilia: aĩo paſſiua: corpore aeria: tẽpore eterna. Ex iiſ qnq; que cõme/moraui tria: a principio eadẽ nobiſcũ: quartũ propriũ: poſtremũ cõmune cũ diiſ immortalibuſ habent. ſed differunt ab iiſ paſſiõe. Que propterea paſſiua nõ abſurde ut arbitror: noĩaui: qa ſunt iiſdem quibuſ noſ perturbationibuſ obnoxii. Vnde et religionũ diuerſiſ obſeruatiõibuſ et ſacroꝝ uariiſ ſuppliciiſ fideſ impartiẽda eſt. Etſi nonnulli ſunt: ex hoc diuorum numero: qui nocturniſ uel diurniſ promptiſ uel occultiſ letioribuſ uel triſtioribuſ hoſtiiſ: uel ceremoniiſ uel ritibuſ gaudent. uti egyptia Minerua ferme plangoribuſ. greca plerunq; choreiſ: barbara autem ſtrepitu cym/baliſtarũ et tympaniſtarũ et choraulaꝝ. Itidem pro regionibuſ in ſacriſ differunt longe uarietate pomparum agmina: miniſtroꝝ ſilentia: ſacerdotum officia: ſacrificantium obſequia. Item deorũ effigieſ: ut eximie temploꝝ religioneſ: hoſtiarũ cruoreſ & coloreſ. Que oĩa ꝓ cuiuſq; more ſollẽnia & rata ſunt. ut plerunq; ſomniſ

et uaticinationibuſ et oraculiſ cōperimuſ ſepenumero indignata
numina ſiqd in ſacriſ ſocordia uel ſupbia negligat̃: cuiuſ generiſ
mihi exēpla affatim ſupppetūt: ſed adeo frequētata et celebrata
ſunt: ut nemo ea cōmēorare adortuſ ſit: qn multo plura omiſerit:
quam recenſuerit. Idcirco reſidebo impreſentiarum in hiſ rebuſ
orationem occupare. Quod ſi non apud omneſ certam fidem: at
certe peneſ cunctoſ noticiā ꝓmiſcuā poſſidet. hec potiuſ p̄ſtiterit
latine diſſertare: uariaſ ſpecieſ diuinorū numinum a philoſophiſ
perhiberi: quo liquidiuſ et pleniuſ de preſagio Socratiſ. deq; eiuſ
numīe cognoſcatiſ. Nam quodam ſignificatu et aīmuſ hūanuſ:
etiā nunc in corpe ſituſ demon nuncupatur. dii ne hunc ardorem
mentibuſ addunt. Euriale? an ſua cuiq; deuſ fit dira cupido? Igit̃
et bona cupido animi: deuſ bonuſ eſt. Vnde nōnulli arbitrantur
ut iam priuſ dictum eſt: Eudemonaſ dici beatoſ: quorum demō
bonnſ id eſt animuſ: uirtute perfectuſ eſt. quem noſtra lingua ut
ego interpretor: haud ſciam: an bono: certe qdem meo periculo
poteriſ geniū uocare: quoniā iſ deuſ: q eſt aīmuſ ſui cuiuſq;: q̃quā
ſit immortaliſ: tamē quodāmodo cū hoīe gignitur: ut eę preceſ:
quibuſ genium precamur ad coniunctionem noſtram: nec deſunt
qui uideantur mihi obteſtari: corpuſ atq; aīmum duobuſ nōibuſ
cōprehendenteſ: quorū cōmunio et copulatio ſumuſ. & ſecundo
ſignatu ſpecieſ demonū ſit āimuſ humāuſ exutuſ & liber ſtipēdiſ
uite corpe ſuo abiuratiſ. hūc uetere latina līgua reperio lemurem
dictitatum. Ex hiſce ergo lemuribuſ: qui poſteriorum ſuoꝝ curā
ſortituſ: pacato & quieto numīe domū poſſidet: lar dicit̃ famili/
ariſ. Qui uero propter aduerſa uite merita: nulliſ boniſ ſedibuſ in
terrauagatione: ceu quodam exſilio punit̃: inane terriculamētū
boniſ hōibuſ: ceterum noxium maliſ: hūc pleriq; laruam ꝓhibēt.
cum uero incertum eſt: que cuiq; eorum ſortitio euenerit: utrum
lar ſit: an larua: nomīe manendeum nūcupant. et honoriſ gratia
dei uocabulum additum eſt. Quippe cū eoſ deoſ appellēt: qui ex
eoꝝ numero iuſte ac prudenter uite curriculo gubernato: ꝓnoīe
poſtea ab hōibuſ prediti: faniſ: & cerimoniiſ uulgo admittuntur.
ut in Boetia: Amphiarānuſ. in Africa: Mopſuſ. in egypto Oſiriſ.
aliuſ alibi gentiū. Eſculapiuſ ubiq;. Verum hec omīſ diſtributio
eoꝝ demonū fuit: qui quondam in corporiſ numero fuere. Sunt
autem nō poſterioreſ: preſtantiore longe dignitate. Genuſ aliud
auguſtiuſ aīo demonū: qui ſemp a corporiſ cōpedibuſ et nexibuſ

liberi: procurantur certiſ precatibuſ. Quorum e numero ſomnuſ atq; amor: diuerſam inter ſe uim poſſident. Amor uigilandi. ſõnuſ ſoporãdi. Ex hac ergo ſublimiore demonũ copia: Plato autũat ſingiliſ hõibuſ in uita agẽda: teſteſ et cuſtodeſ ſinguloſ additoſ: qui nemini conſpicui: ſemper adſint: omniũ: non modo actorum teſteſ uerum etiã cogitatorum. Ac ubi uita edita: remeãdum eſt: eundẽ illũ: qui nobiſ predituſ fuit: raptare ilico: et trahere: ueluti cuſtodiam ſuam ad iudicium. atq; illic in cauſa dicenda aſſiſtere. ſiqua cõmentiatur redarguere. ſiqua uera dicat: aſſeuerare. ꝓrſuſ illiuſ teſtimonio ferri ſententiã. Proinde noſ om̃eſ q̃ hãc Platõiſ diuinam ſententiã: me interprete oſculatiſ: ita animoſ noſtroſ ad quecũq; uel agenda uel meditanda formate: ut ſciatiſ: nihil omĩo pre iſtiſ cuſtodibuſ: nec intra animum: nec foriſ: eẽ ſecreti. quãdo omnia curioſe ille participet. omnia uiſat. omnia intelligat. et in illiſ penitiſſimiſ mentibuſ uice cõſcientie diuerſetur. Hic quẽ dico ꝓrſuſ cuſtoſ: ſingulariſ ꝑfectuſ: domeſticuſ ſpeculator: indiuiduuſ arbiter: inſeꝑabiliſ teſtiſ: maloꝝ improbator: bonorum probator: ſi rite animaduertatur: ſedulo cognoſcatur: religioſe colatur: ita ut a Socrate iuſticia: et ĩnocentia cultuſ eſt: in rebuſ incertiſ proſpectator: dubiiſ premonitor: ꝑiculoſiſ tutator: egeniſ opitulator: qui tibi queat: tum ſomniſ: tũ ſigniſ: tum etiã fortaſſe coram: cũ uſuſ poſtulat mala auertere: bona proſperare: humilia ſublimare: nutãtia fulcire: obſcura clarare: ſidera aduerſa corrigere. Igitur mirũ ſi Socrateſ: uir apprime ꝑfectuſ: & Apolliniſ quoq; teſtĩonio ſapiẽſ: hũc deum ſuum cognouit: et coluit. ac propterea eiuſ cuſtoſ: prope dicam par contubernio: & premonẽda premonuit: Sicubi tamen interfectiſ ſapientie offitiiſ: nõ conſilio: ſed ꝑſagio indigebat: ut ubi dubitatõe claudicaret: ibi diuinatiõe cõſiſteret. Multa ſunt enĩ de q̃buſ etiam ſapiẽteſ uiri ad arioloſ: et oracula curſitent. Ac non apud Homerum ut in quadam ingenti ſpecula clariuſ cerniſ. hec duo diſtributa: ſeorſuſ diuinationiſ: ſeorſuſ ſapientie offitia? Nam cũ duo columina totiuſ exercituſ diſſidẽt. Agamenon regno pollenſ: et Achilleſ bello potẽſ: deſideraturq; uir facũdia laudatuſ: et peritia uite moratuſ: qui Atride ſuꝑbiã. Pellide ferociam compeſcat: exempliſ moneat: orõe ꝑmulceat. Quiſ igĩ tali in tẽpore eſt ad dicẽdũ exhortatuſ? Nẽpe Pyliuſ orator: eloquio comiſ: experimentiſ cautuſ: ſenecta uenerabiliſ: cui omneſ ſciebant: corpuſ anniſ abire: animum prudẽtia uigere:

uerba dulcedine affluere. Itidem: cum rebuſ creperiſ et afflictiſ ſpectatoreſ deligendi ſunt: qui nocte intempeſta caſtra hoſtium penetrẽt. Nonne Vlixeſ cũ Diomede deligũtur? ueluti conſiliũ: et auxiliũ: menſ: & manuſ: aĩmuſ & gladiuſ. Enimuero in Aulide deſidẽtibuſ obſeſſiſ: ac retro uentiſ abnuentibuſ: difficultaſ belli: et facultaſ itineriſ: et tranquillitaſ mariſ: et clementia uentorũ: per fibrarum notaſ: et alitum uiaſ: et ſerpentum eſcaſ: explorate ſunt. tacẽt nẽpe muta duo illa ſapiẽtie grecie ſũma cacumĩa. Ithacẽſiſ et Pylius. Calchaſ autem longe preſtabiliſ arioluſ: ſimul aliteſ: et altaria: et arborem contemplatuſ eſt. actutum ſua diuinatiõe: et tempeſtateſ flexit: & claſſem deduxit: et decenniũ predixit. Non ſecuſ etiã in Troiano exercitu: cũ diuinatione reſ indigent: tacet ille ſapienſ Senatuſ. nec audet aliquid pronuntiare. uel Hector: uel Iambo. uel Biciaſ. ſed omneſ ſilentio auſcultant: aut ingrata auguria: fleue: aut nõ credita uaticina Caſandre. Ad eũdẽ modũ Socrateſ quoq;: ſicubi locoꝝ aliene ſapiẽtie cõſultatio ingruerat: ibi ſui demõiſ p̃ſagio regebatᷣ. Verũ eiuſ mõitiſ ſedulo obediebat. eoq; erat de ſuo longe acceptior: q ante incepta Socrati demõ ille ferme probibitum ibat: nunq̃ quod ad monendũ ratio predicta eſt Socrateſ: utpote uir apprime perfectuſ: ex ſeſe ad omnia congruentia ſibi offitia promptuſ: nullo adhortatore unquam indigebat. At uero probibitore nõnunq̃: ſiqbuſ forte conatibuſ eiuſ periculũ ſuberat: ut monituſ p̃caueret ac omitteret cepta impreſentiaꝝ: que tutiuſ uel poſtea capeſſeret. uel alia uia adoriretur. In huiuſcemõi rebuſ dũtaxat uocẽ q̃piã diuinituſ exortam dicebat audire. Ita enim eſt apud Platonẽ. ne quiſq̃ arbitretur omnia eum uulgo loquentium captaſſe. Quippe etiã ſemotiſ arbitriſ: una cũ Phedro extra pomerium ſub quodã arboriſ opaco umbraculo: ſignũ illud adnuntium ſenſit: ne priuſ tranſcenderet illiuſ amniſ modicũ fluentum: q̃ increpitũ inclinatũ amore retinendum placaſſet: cum preterea ſi omnia obſeruitaret: Aliquãdo eorum nõnulla etiam opinamẽta haberet. ut uidemuſ pleroſq; qui non ſuapte corde: ſed alteriuſ uerbo reguntur. qui ex angiportu reptanteſ conſilia ex alieniſ uocibuſ colligũt. et uti ita dixerim: nõ animo: ſed auribuſ: cogitãt. Verum enimuero ut iſta ſũt: certe qui oĩum aurioloꝝ ñoceſ audiũt. Sepenumero auribuſ ſuiſ uſurpant uocem de qua nihil contentur: quam ſciunt ex ore humano profectam. At enim Socrateſ nõ uocem ſibi: ſed uocem

dixit quampiam diuinituſ oblatam. quo additamento profecto
intelligaſ: non uſitatam uocem: nec humanam ſignificari. Que ſi
foret fruſtra quepiã: cur non potiuſ aut uox: aut certe cuiuſpiam
uox diceretur? ut ait illa Terentiana meretrix: audire uocẽ uiſa
ſum modo militiſ. Quid uero uocem quampiam dicat audiuiſſe:
aut neſcit ũde exorta ſit: aut in ipſa aliquid addubitat. Aut eam
quiddam inſolitum demõſtrat habuiſſe: ita ut Socrateſ eam qdẽ
ſibi: ac diuĩtuſ editã tẽpeſtiue: accedebat. Quod eqdem arbitror
nõ modo auribuſ: uerũ eum etiã oculiſ ſignũ demõiſ ſui uſurpaſſe.
Nam frequentiuſ nõ uocẽ: ſed ſignum diuinum ſibi oblatũ pre ſe
ferebat. Id ſignũ poterat: ipſiuſ ſpecieſ habuiſſe: quã ſoluſ Socra/
teſ cerneret. ita ut homericuſ Achilleſ Mineruã. Credo pleroſq;
ueſtrũ hoc quod modo dixi cõtatiuſ credere. & impendio mirari
formã demoniſ Socrati uiſitatam. At enim pythagoricoſ mirari
oppido ſolitoſ: ſi quiſ ſe denegaret unquam uidiſſe demonem: ut
reor: idoneuſ autor eſt Ariſtoteleſ. Quod ſi cuiuiſ poteſt euenire
facultaſ cõtemplandi diuinã effigiem: cur non apprime potuerit
Socrati: quẽ cuiuiſ ampliſſimo numĩ ſapientie dignitaſ coeq̃rat?
Nihil eſt enĩ deo ſimiliuſ: & gratiuſ: q̃ uir animo perfecte bonuſ.
q tam hõibuſ ceteriſ antecellit: q̃ ipſe a diiſ immortalibuſ diſtat.
Quin potiuſ noſ quoq; Socratiſ exemplo & commemoratione
erigimur? Ac noſ ſecundũ ipſũ: ſtudio philoſophie pari: ſimilium
numinum caneteſ ꝓmittimuſ? de quo quidem neſcio qua ratiõe
diſrapimur/ et nihil eq; miror: q̃ cum omneſ et cupiant optime et
ſciant quantum uiuax animuſ colenduſ ſit: tamen animum ſuum
nõ colant. At ſi quiſ uelit acriter cernere: oculi curãdi ſunt: qbuſ
cernitẽ. Itidem ſi pugillare: uultuſ uel brachia uelanda ſũt: qbuſ
pugillatur. Similiter in om̃ibuſ ceteriſ membriſ: ſua cuiq; cura ꝓ
ſtudio eſt. Quod cum omneſ facile reſpiciant: nequeo ſatiſ mecũ
reputare. Et perinde: ut reſ eſt: admirari: cur nõ etiam animum
ſuum ratione excolant. Quandoquidem ratio uiuendi omnibuſ
eq; neceſſaria eſt: non ratio pingendi. nec ratio pſallẽdi. quaſ qſq;
bonuſ uir ſine ulla animi uituperatione: ſine turpitudĩe: ſine labe
contẽpſerit. Neſcio: ut Hiſmeniaſ: tibiiſ canere. ut Apelleſ pĩgere:
ut Lyſippuſ fingere. ſed non pudet me nõ eſſe ſignificum. & idẽ
in ceteriſ artibuſ: ne om̃eſ proſequar: licet tibi neſcire. nec pudeat.
Enimuero dic Sodeſ: neſcio bene uiuere: ut Socrateſ: ut Plato: ut
Pythagoraſ uixerũt. nec pudet me: neſcire bene uiuere. ¶ Nũq̃

boc dicere audebiſ. Sed cũ primiſ mirandũ eſt: qđ ea: que minime
uideri uolũt neſcire: diſcere tamẽ negligũt. et eiuſdẽ artiſ diſcipli/
nam ſimul: et ignorantiam decuritãt. Igitur quotidiana eorum
ora dicere inueniaſ: rationibuſ multa ꝓdige profuſa. et in ſemet
nibil: in ſui dico demõiſ cultũ: qui cultuſ nibil aliud q̃ pbiloſopbie
ſacramentum eſt. plane quidem uillaſ opipe extruunt: et domoſ
ditiſſime exornant. et familiaſ numeroſiſſime cõparant. ſed in iſtiſ
omnibuſ in tanta affluentia rerum: nibil eſt indignum preterq̃
ipſe dominuſ ediũ. nec iniuria. cumulata enim babent que ſedulo
percolũt. Ipſi autem borridi: indocti: incultiq;: circueunt. Igitur
illaſ edifitioꝝ ſpecieſ: ĩ que patrimoĩa ſua ꝓfuderũt: ameniſſimaſ
& extructiſſimaſ deprebẽdaſ. Aulaſ emulaſ urbiũ cõditaſ. domoſ
uice templorum exornataſ. familiaſ numeroſiſſimaſ calamiſtratiſ.
opiperam ſupellectilem. omnia affluentia. omnia ornata. preter
ipſum dominũ: qui ſoluſ Tantali uice: in ſuiſ diuitiiſ inopſ: egenſ:
pauper: non quidem fluentũ ullum fugitiuum captat: et fallaciſ
unde ſitim. ſed uere beatitudĩſ: et ſincere uite: et prudentie fortu/
natiſſime: eſurit et ſitit. Quippe nõ intelligit boĩeſ eque ſpectari
ſolere: ut equoſ mercamur. neq; enĩ in emẽdiſ equiſ faleraſ cõſide/
ramuſ. et baltei polimiã inſpicimuſ. et ornatiſſĩe ceruiciſ: diuitiaſ
contẽplamur. ſi ex argẽto: & auro: et gemmiſ: monilia uane gaze
dependent. ſi plena artiſ ornamenta capiti et collo circuniacẽt: ſi
frena celata: ſi epbippia fucata. ſingula armata ſint. ſed iſtiſ oĩbuſ
exuuiiſ amolitiſ: equum ipſũ nudum: et ſolũ corpuſ eiuſ: & animũ
cõtuemur. ut ſit ad ſpẽm boneſtuſ. ad curſurã uegetuſ. et ad uec/
turã ualiduſ. Iã ꝓmũ in corpore: ſi ſit: argutũ caput. breuiſ aluuſ:
obeſaq; terga: luxurietq; tboriſ aĩoſum pectuſ boneſtiſ. Preterea
ſi duplex agitur per lumboſ ſpina. Volo enim: non mõ ꝑniciter:
uerum etiam molliter peruebat. Similiter ergo et in bominibuſ
contemplandiſ: noli illa aliena eſtimare. ſed ipſũ bominẽ penituſ
conſidera. Ipſum: ut meũ Socratẽ pauperem ſpecta. Aliena autẽ
uoco: que parẽteſ pepererunt. et que fortuna largita eſt. quorũ
nibil laudibuſ Socratiſ mei admiſceo. nullam generoſitatem: nullã
proſapiã. nulloſ longoſ nataleſ. nullaſ inuidioſaſ diuitiaſ. Hec enĩ
cuncta: ut dixi: aliena ſunt. Sat e Protbomo gloria eſt: qui taliſ
fuit: ut eiuſ nepotem non puderet. Igitur omnia ſimiliter aliena
numereſ licebit. Generoſuſ eſt? parẽteſ laudaſ. diueſ eſt? nõ credo
fortune. nec magiſ iſta demiror ualiduſ eſt: egritudine fatigabit.

pernix eſt: Abibit in ſenectutem. formoſuſ eſt. expecta paulíſper: et nõ erit. At enim boniſ artibuſ doctuſ: & apprime eſt eruditus: et quantũ licet homini: ſapienſ: et boni cõſultuſ: tandẽ aliquãdo ipſum uirum laudaſ. Hoc enim nec a patre hereditarium eſt. nec caſu pendulũ. nec a ſuffragio amminiculũ. nec a corpore caducum nec ab etate mutabile. Hec oĩa meuſ Socrateſ habuit. et om̃io cetera habere cõtẽpſit. Quin ergo et tu. qui te ad ſtudiũ ſapiẽtie ingeriſ: aliquando caueſ: ut nihil alienũ in laudibuſ tuiſ audiaſ. ſed ut qui te uolet nobilitare: eq; laudet: ut Accius Vlyxem laudauit in philocteta ſuo. in eiuſ Tragedie prĩcipio: Inclite: parua ꝓdite pría: nomĩe celebri: claroq; potẽſ: pectore: Achiuiſ claſſibuſ autor. Grauiſ dardaniſ gẽtibuſ ultor: Laertiade. nouiſſĩe prẽm mẽorat. Ceterum om̃eſ laudeſ eiuſ uiri audiſti. Nihil mihi nec laerteſ: nec Anticlia: nec arctiſſimuſ uendicat. Hec enim tota ut uideſ laudiſ huiuſ propria Vlyxi poſſeſſio eſt. Nec aliud te in eodem Vlyxe Homeruſ docet: qui ſemp̃ ei comitem uoluit eẽ prudentiam: quã poetico ritu Mineruam nũcupauit. Igitur hac eadem comite oĩa horrẽda ſubiit. om̃ia aduerſa ſuperauit. Quippe ea adiutrice Cy/clopiſ ſpecuſ introiit: ſed egreſſuſ ẽ. Soliſ boueſ uidit: et abſtinuit. Ad inferoſ demeauit: et aſcendit. eadem ſapientia comite. Scyllã preternauigauit. nec abreptuſ eſt. Charybdi conſeptuſ eſt. nec re/tentuſ eſt. Circeſ poculum bibit. nec mutatuſ eſt. Ad lotophagoſ acceſſit. nec remanſit. Sireneſ audiuit: nec acceſſit.

PLatoni habitudo corporiſ cognomentũ dedit. Nanq; Ariſtocleſ priuſ nominatuſ. Ariſton ei fuiſſe pater dictuſ ẽ. Ceterũ perictiõe Glauci filia mater fuit. et de utroq; nobilitaſ ſatiſ cla/ra. Nã Ariſton pater p Codrũ ab ipõ neptũno originem duxit. Ab Solone Sapiẽtiſſimo: qui legũ atticaꝝ fundator fuit: maternuſ deriuatuſ eſt ſanguiſ. Sunt qui Platonem anguſtiore conceptu profatum dicunt. Cũ qdem Apolliniſ figuratio pictiõe ſe miſcuiſſet: Menſe etiã qui apud atticoſ Thargilion dicitur: natuſ eſt. die qua apud delon latona fertur Apollinem. dia nãq; peperiſſe. pridie Socratẽ genitũ accepimuſ. Somniũ etiã Socratiſ circũferũt. Nam uidiſſe ſibi uiſum eẽ cygni pullum ex altari: quod in academia cupidini

cõſecratum eſt: uolaſſe. et in eiuſ gremio reſidiſſe. et poſtea olorẽ illũ: penniſ celum petiiſſe: canore muſico: audituſ hominũ: deorũq; mulcẽtem. Cum hoc ergo Socrateſ in cõuentũ hominũ referret? Ariſton Platonem puerũ: oblaturuſ Socrati magiſtro cõmodum proſequebatẽ: quẽ ubi aſpexit ille: ingeniũq; intimũ: de exteriori cõſpicatuſ eſt facie. Hic ille erat amici inquit: de academia cupi/diniſ cygnuſ. Taliſ igitur: ac de talibuſ Plato: nõ ſolum heroum uirtutibuſ preſtitit: uerũ etiam equiperauit diuum poteſtatibuſ. Nam Speuſippuſ domeſticiſ inſtructuſ documentiſ: pueri eiuſ in ere partiendo ingenium: et admirande uerecundie indolẽ laudat. et pubeſcẽtiſ primiciaſ labore: atq; amore ſtudẽdi imbutaſ refert. et in uiro harum incrementa uirtutum et ceterarum: conueniſſe teſtatur. Ex iiſdem genitoribuſ Glauco: et Adimanthuſ ei fratreſ fuerunt. Doctorem habuit in prima litteratura Dionyſium. At in paleſtra Ariſtonẽ argiſ oriũdum. tantoſq; ꝓgreſſuſ exercitatio cõtulit ei: ut Pythia Iſthmia de lucta certauerit. picture nõ aſp/natuſ artem. tragoediſ et dithyrambiſ ſe utilẽ finxit. iãq; carminũ confidentia elatuſ: certatorem ſe profiteri cupiebat: niſi Socrateſ humilitatem cupidiniſ: ex eiuſ mentibuſ expuliſſet. et uere laudiſ gloriam in eiuſ animũ inſerere curaſſet. et antea quidẽ Heracliti ſecta fuerat imbutuſ. Verum cum ſe Socrati dediſſet: non ſolum ingenio: atq; doctrina: ceteroſ ſocraticoſ uicit. uerum etiã labore et elegãtia illuſtrauit. Sapientiã ab eo ſibi traditã: labore quoq; aſſerere niſuſ eſt: et elegãtia: per quã: uenuſtate et maieſtate uer/borũ: plurimũ adhibuit dignitatiſ. Sed poſtea ꝙ Socrateſ homĩeſ reliquit: queſiuit unde proficeret: et ad Pythagore diſciplinam ſe cõtulit. quã: et ſi ratiõe diligẽti: et magnifica: inſtructã uidebat: rerum tamen continentiam: et caſtitatem magiſ cupiebat imitari. et quod pythagoreorum ingeniũ adiutũ aliiſ diſciplinĩſ ſentiebat: ad Theodorum Cyrenaſ: ut Geometriam diſceret: eſt profectuſ. et aſtrologiam aduſq; Aegyptũ iuit petitum. ut inde prophetarũ etiã rituſ addiſceret. et ad Italiam iterum uenit. et Pythagoreoſ Euritatum Tarẽtinum: et ſeniorem Archytam ſectatum. atq; ad Indoſ et magoſ intẽdiſſet aĩmum: niſi eum bella tunc uetuiſſent. Aſiatica quapropter inuenta Parmenidiſ: ac Zenoniſ ſtudioſiuſ exequutuſ: ita omnibuſ: que admirationi ſunt ſingula: ſuoſ libroſ expleuit: ut primuſ tripartitã philoſophiã copularet. ſibiq; inuicẽ neceſſariaſ ꝑteſ: neq; pugnare inter ſe tantũmodo: ſed etiã mutuiſ

adiuuare auxiliiſ: oſtenderit. Nam q̃uiſ de diuerſiſ officiniſ: hec
ei eſſent philoſophie mēbra ſuſcepta: naturaliſ ab heracliticiſ: in/
tellectualiſ a Pythagoreiſ: rōnaliſ atq; moraliſ ipō Socratiſ fonte
unū tamē ex om̄ibuſ: et quaſi proprii partuſ corpuſ effecit. et cū
principeſ harum familiarū impolitaſ ſententiaſ: et incomptaſ: au/
ditoribuſ tradidiſſēt: eaſ hic cū oratione limādo. tum ad orationiſ
auguſte honeſtiſſimam ſpeciem deducendo: perfectaſ atq; etiam
admirabileſ fecit. Multi auditorum eiuſ utriuſq; ſexuſ ī philoſo/
phia floruerunt. patrimonium in hortulo: qui academie iunctuſ
fuit: et in duobuſ miniſtriſ: et in patera: q̄ diiſ ſupplicabat: reliqt.
auri tantum: q̄tum puer: nobilitatiſ inſigne: in auricula geſtauit.
Ceterū treſ eiuſ ad ſiciliā aduentuſ: mali quidam carpunt: diuerſiſ
opinionibuſ differenteſ. Sed ille primo hiſtorie gratia: ut naturā
etne: et incendia concaui montiſ intelligeret. Secūdo petitu Dy/
onyſii: ut Syracuſaniſ aſſiſteret: eſt profectuſ. et ut municipaleſ
legeſ eiuſ prouintie diſceret. Tertiuſ eiuſ aduētuſ fugiētem Dionē
impetrata a Dionyſio uenia: prie ſue reddidit. Que autē cōſulta:
que dogmata grece licet dici: ad utilitatem hominum uiuendiq;:
et intelligēdi: et loquēdi ratione extulerit: hinc ordiemur. Nam
quoniā treſ parteſ philoſophie cōgruere inter ſe: primuſ obtinuit:
noſ quoq; ſeparatim dicemuſ de ſinguliſ: a naturali philoſophia [
facieteſ exordium. ¶ Initia rerum eſſe tria: arbitratur Plato deū:
et materiā: rerumq; formaſ: quaſ ideaſ idem uocat. inabſolutaſ. in/
formeſ nulla ſpecie: uel q̄litatiſ ſignificatione diſtinctaſ. Sed hec
de deo ſentit: ꝙ ſit incorporeuſ. Iſ unuſ ait aperimetroſ: genitor:
rerūq; oīm extortor: beatuſ: et beatificuſ: optimuſ: nihil indigēſ:
ipſe conferenſ cuncta: quem quidem celeſtem pronūciāt indictū
innomiabilem. et ut ait ipe ἄρρητον ἀκατωνομαστον. cuiuſ
naturam inuenire difficile eſt. ſi inuenta ſit: in multoſ eā enūciari
non poſſe. Platoniſ hec uerba ſunt. θεὸν εὑρεῖν μὲν οὐ ῥᾴδιον
νοῆσαι δὲ ἀδύνατον. id eſt deum quidem inueniſſe haud facile
eſt. intellexiſſe autem impoſſibile. Materiam uero improcreabilē
incorruptamq; cōmemorat: non ignem: neq; aquam: nec aliud de
principiiſ abſolutiſ elementiſ eſſe. ſed ex omnibuſ primā figurarū
capacē. factioniq; ſubiectam: adhuc rudem et figurationiſ qua/
litate uiduatam. Deuſ artifex: cōformat uniuerſa. Infinitā uero
idcirco: quod ei ſit interminata magnitudo. Nam quod infinitum
eſt: indiſtinctū magnitudiniſ habet finē. Atq; ideo cū uiduata ſit

fine: infinibilis recte uideri poteſt. ſed neq; corpoream neq; ſane
incorpoream eſſe cócedit. Ideo autem non putat corpuſ. ꝙ oĩe
corpuſ ſpecie qualicũq; nó careat. ſine corpre uero eſſe: nó poteſt
dicere: quia nihil incorporale corpuſ exhibeat. ſed ui: et ratione
ſibi eã uideri corpoream. atq; ideo nec actu ſolo: neq; tamẽ ſola
opinione cognitionis intelligi. Nanq; corporea propter inſignẽ
euidentiam ſui: ſimili iudicio cognoſci. Sed que ſubſtantiam non
habent corpeã: cogitatióibuſ ea uideri. unde adulterata opinióe:
ambiguã huiuſ materie intelligi qualitatem. Ideaſ uero: ideſt for/
maſ omniũ ſimpliceſ: et eternaſ eſſe. nec corporaleſ tamẽ. Eſſe autẽ
ex iiſ: que deuſ ſumpſerit: exempla rerum: que ſunt: erunt ue: nec
poſſe ampliuſ: q̃ ſingularum ſpecierũ ſingulaſ imagineſ in exem/
plaribuſ inueniri. gignentiũq; omnium ad inſtar cere: formaſ et
ſignificatióeſ ex illa exemploꝝ figuratióe ſignari. Τασ ουσιασ:
quaſ eſſentiaſ dicimuſ: duaſ eſſe ait: per quaſ cuncta gignantur.
mũduſq; ipſe. quarũ una cogitatióe ſola cócipitur. altera ſenſibuſ
ſubiici poteſt. ſed illa que mentiſ oculiſ comprehenditur: ſemper:
et eodem modo: et ſui par: ac ſui ſimiliſ inuenitur. ut que uere ſit.
Etenim altera opinióe ſenſibili: et irrationabili: eſtimãda eſt: quã
naſci: et interire ait. et ſic ſuperior: uere eſſe memorat́. Hanc uere
nó eſſe: poſſumuſ dicere. Et prime quidem ſubſtantie: uel eſſentie
primum deum eſſe: et mentem. formaſq; rerum: et animam: ſecũde
ſubſtantie. omnia que informantur: queq; gignuntur: et que ab
ſubſtãtie ſuperioriſ exẽplo originẽ ducũt: que mutari: & cóuerti
poſſunt: labẽtia: et ad inſtar fluminum profuga adhuc illa: quã
dixi intelligẽdi ſubſtantia: quoniam conſtanti nititur robore: et
que de ea diſputantur: ratione ſtabili: et fide: plena ſunt. At huiuſ
que ueluti umbra: et imago eſt ſuperioriſ: ratióeſ quoq;: et uerba:
que de ea diſputãtur: inconſtanti ſunt diſciplina. Initium omniũ
corporum: materiã eſſe memorauit. Hanc et ſignari impreſſione
formarum. Hinc prima elementa eſſe progenita: ignem. et aquã.
terrã et aera. que ſi elemẽta ſũt: ſimplicia eſſe debẽt. neq; ad inſtar
ſyllabarum: nexu mutuo copulari. que iſtiſ euenit: quarum ſub/
ſtãtia multimoda poteſtate: comitione cóficiũt. que cũ ordinata:
pmixtaq; eſſẽt: ab illo edificatore mũdi deo: ad ordinẽ: numeriſ:
et menſuriſ: in ambitum deducta ſunt. Hec e pluri miſ elemẽtiſ ad
unum redacta eſſe: et ignẽ quidẽ: et aera: et aquam habere prin/
cipiũ ex trigono. que fit anguli recti: nó paribuſ anguliſ. et poriſ

quidem forme treſ ſpecieſ exiſtere. pyramidem. et octangulam. et uigeſieſ angulã. ſpheram: nõ paribuſ. terrã uero: directiſ quidẽ anguliſ: trigoniſ: et paribuſ eſſe. et prioriſ quidẽ forme treſ ſpecieſ exiſtere. pyramidem. octangulam. et uiginti angulam. ſpheram et pyramidem figurã ignem in ſe habere. octangulam uero aeriſ. angulatã uigieſ ſpheram aque dicatã eẽ. Equipedũ uero trigonũ efficere ex ſeſe quadratum. Quadratum uero cubum: que terre ſit propria. quapropter mobilem pyramidiſ formã igni dedit. quod eiuſ celeritaſ agitationi uideatur eſſe cõſimiliſ. Seũde uelocitatiſ octãgula ſphera eſt. Hãc aeri detulit: qui leuitate: et pernicitate: poſt ignem ſecunduſ eſſet. Vigeſialiſ ſphera eſt loco tertio. huiuſ forma fluida: et uolubiliſ: et aque ſimilior ẽ uiſa. Reſtat teſſeraꝝ figura: que cum ſit ĩmobiliſ: terre conſtantiã: non abſurde ſortita eſt. Et alia initia inueniri forſitã poſſe: aut que deo nota ſũt: uel ei: qui ſit diiſ amicuſ. ſic de primiſ elementiſ igni & aqua: ceteriſq; & illa cõſtare particulatim aĩalium: et inaĩantiũ corpora: mundũq; oẽm ex omĩ aqua: totoq; igni: et aeriſ uniuerſitate: cũctaq; terra eſſe factũ. et non ſolũ nullam hoꝝ partem extra orbem relinqui: ſed nihil ꝗdem eiuſ & extrinſecuſ inueniri. Hec aũt inuicem ex ſe apta & cõnexa eẽ. Idcircoq; in igne: atq; in terra: et aqua: et aere eſſe ſituſ. et ſicut igniſ aeriſ cognatiõe cõiungitur: ita humor affinitati terrene iungatur. hinc unum eſſe mumdum. et in eo omĩa. nec relictum eſſe locum. neq; elementa ſupereſſe: ex ꝗbuſ alteriuſ mundi corpuſ poſſit eſſe. Ad hec attributa eſt ei ꝑpetua iuuentuſ: et inuiolata ualitudo. Eoq; nihil preterea extrinſecuſ eſt relictũ: quod corrũpere poſſet eiuſ ingeniũ. et ſi ſupeſſet: non eũ lederet. cum ita apud ſe ex omĩ parte compoſituſ atq; ordinatuſ foret: ut aduerſãtia & cõtraria nature diſciplineq; eiuſ officere nõ poſſent. idcirco aũt ꝑfectiſſimo & pulcherrimo mundo: inſtar pulchre & ꝑfecte ſphere a fabricatore deo queſitũ eſt: ut ſit nihil indigenſ. ſed operienſ omĩa. coercenſq; cõtinua. pulcher & admirabiliſ. ſuiq; ſimiliſ. ſibiq; reſpõdenſ. Hinc illi et ſeptem motuſ locoꝝ habeantˢ: progreſſuſ & retroceſſuſ: dexterioriſ ac ſiniſtri. ſurſum & deorſum nitentiũ. et que in gyrum circuitũq; torquentˢ. Hec una mundo relicta eſt ſapiẽtie & prudentie ꝓpria. ut rationabiliter uolueretˢ. Et hunc ꝗdem mũdum nunc ſine initio eſſe dicit. aliaſ originem habere. natũq; eſſe. nullũ aũt eiuſ exordiũ atq; initiũ eſſe: ideoq; ſemper fuerit. natiuum uero uideri: quod ex hiſ totiuſ natura &

ſubſtantia conſtet: que naſcendi ſortite ſunt qualitatem. Hinc et tangiť: et uidetur. ſenſibuſq; corꝑiſ eſt obuiuſ. ſed quod ei naſcēdi cauſam deuſ preſtitit: ideo immortaliſ eſt ſemper futuruſ. Animā uero animantiū omnium: non corpoream eſſe. nec ſane perituram: cum corpore fuerit abſoluta. omniq; gignētium: eſſe ſeniorē. atq; ideo et intemperare: et regere ea: quorū curam fuerit diligentiāq; ſequuta. ipſamq; ſemper: et per ſe moueri: agitatricem aliorū: que natura ſui immota ſunt: atq; pigra. Sed illā celeſtem aíam: fontē animaꝝ omniū: optimam: et ſapiētiſſimā uirtutem eſſe genitricē. ſubſeruire fabricatori deo. et preſto eſſe ad omnia inuēta eiuſ an/nuntiat. Verum ſubſtantiam mentiſ eiuſ numeriſ: et modiſ cōfici: congeminatiſ: ac multiplicatiſ augmentiſ: incrementiſq; per ſe: et extrīſecuſ partiſ. et hinc fieri: ut muſice mūduſ: et canore moueať. naturaſq; rerū binaſ eſſe. et earū alteram eſſe que ueniat in mētem quā ꝗdem δοξαστην. id ē opinabilem appellat ille. et que uideri oculiſ: et attingi manu poſſit. alteram cogitabilē: et intelligibilē. Detur enī uenia nouitati uerboꝝ: rerū obſcuritatibuſ ſeruiēti: et ſupiorē ꝗdem ꝑtem mutabilē eſſe. ac facilē cōtuēti. Hāc aūt: que mētiſ acie uideť: et penetrabili cogitatiōe ꝑcipitur: atq; conſpiciť: incorruptam: immutabilem: cōſtantem: eandemq; et ſemper eſſe. Hinc & duplicē rationē: interꝑtationēq; dicit. nanq; illa uiſibiliſ: fortuita: et muta: perſeueranti ſuſpitione colligiť. At hec intelli/gibiliſ: uera: peremni: et conſtanti ratione probatur eſſe. tempuſ uero eui eſſe imaginem. ſiquidem tempuſ mouetur. & peremnitaſ fixa et immota ē natura. & ire in eā tēpuſ. et in eiuſ magnitudinē finiri: ac diſſolui poſſe: ſiquando hoc decreuerit fabricator mundi deuſ. Eiuſdem temporiſ ſpatiiſ menſuraſ mundane conuerſioniſ intelligi. Soliſ quippe & lune globum: hoc facere. ceteraſq; ſtellaſ: quaſ recte erroneaſ et uagaſ dicimuſ: noſtre enī ſup eaꝝ curſibuſ opinioneſ: diſputationeſq; poſſunt in errorē intellectum inducere. Ceterum ille rerum ordinator: ita reuerſioneſ earum: ortuſ: obituſ receſſuſ: moraſ: progreſſuſq;: cōſtituit: ut ne modico quidē errori locuſ eſſet. Dieſ quippe cum noctibuſ menſiū ſpatia cōplere. mēſeſ uiciſſim annorum orbeſ inuoluunt. nec priuſ: ꝙ ſigna hec in lucem ardere ceperunt: iniri potuerunt. temporum numeri. peritură eſſe obſeruationem computationiſ huiuſ: ſi hic olim choruſ antiquuſ ſteterit. nanq; ut menſure: et reuerſioneſ temporum noſcerentur: circuituſq; mūdi uidereť: ſoliſ intenſa ſūt lumina uiciſſim: ut quieſ

deſiderata ꝓueniret animātibuſ: opacitaſ ē inuēta noctiſ. mēſeſqꝫ effici: cum luna circuli ſui completo curriculo. ad eundem locum reuertatur. Anni uero ſpatia concludi: cum ſol quadrinaſ tēporū cōtigerit uiceſ. et ad idem ſignū fuerit inuectuſ. hoꝝ enumeratio in ſe reuertentium: et a ſe proficiſcentium: intellectu cogitationiſ inuenit. Eſſe autē ſtellaꝝ nihilominuſ certoſ ambituſ: legittimiſ curriculiſ ꝑpetuo ſeruatiſ: quoſ uix hominū ſollertia cōprehēdit. Vnde fit: ut et magnuſ ille uocitatuſ ānuſ: facile noſcatur: cuiuſ tempuſ implebitur: cū uagātium ſtellarum comitatuſ: ad eūdem peruenerit finem nouumqꝫ ſibi exordium: et itinera ꝑ uiaſ mundi repauerit. globorū uero celeſtiū inter ſe nexorū: ꝑ uiceſ mutuaſ: omnium ſupremum eſſe eum: qui inerrabili meatu cenſetur. eiuſ amplexu ceteroſ coerceri. et eſſe aplaneſ primū ordinem. Secūdū Saturno datum. Ioui tertium. Martem quartum tenere. Quintū Mercurio dari. Sextum Veneriſ eſſe. Septimum ſoliſ itineribuſ incedi. Octauū metiri lunā. Exinde elemētiſ omnia ac principiſ occupari. ignem autem aliiſ ſuꝑiorem eſſe. mox aeriſ locum. hinc aque proximū. et tunc globum terre in medio ſitū. equalem loco: ac figura: immobilem ſtare. Hoſ aſtrorum igneſ: ſpheriſ affixoſ perpetuiſ: atqꝫ indefeſſiſ curſibuſ labi. et hoſ animaleſ deoſ dicit eē. Spherarum uero ingenium: ex igne coalitum: et fabricatū. Iam ipſa animantium genera in treſ ſpecieſ diuiduntur. quarū una eſt ex natura igniſ eiuſmodi: qualē ſolem et lunā uidemuſ. ceteraſqꝫ ſyderum ſtellaſ. alterum ex aeria qualitate. hanc eſſe demonum dicit. tertium ex aqua terraqꝫ coaleſcere: & mortale genuſ corpoꝝ ex eo diuidi: terrenū atqꝫ terreſtre. ſic enim χοϊκα cenſuit nominanda. terrenūqꝫ eſſe arborum. ceteraꝝqꝫ frugum: que humi fixe: uitam trahunt. terreſtria uero: que alit: ac ſubſtinet telluſ. Deoꝝ trinaſ nuncupat ſpecieſ: quorum eſt unuſ ſummuſ: primuſ: et ſoluſ ille. ultramūdanuſ. incorporeuſ. quē patrem. et architectū huiuſ diui orbiſ ſuperiuſ oſtēdimuſ. aliud genuſ eſt: quale aſtra habent: ceteraqꝫ numina quoſ celicolaſ uocamuſ. tertiū habēt: quoſ medioximoſ romani ueteres appellāt: ꝙ ex ſui rōe et loco & poteſtate diiſ ſummiſ ſūt minoreſ: hominum natura profecto maioreſ. Sed omnia que naturaliter: et propterea recte feruntur: prouidentie cuſtodia gubernantur: nec ulliuſ mali cauſa deo poterit aſcribi. [ Quare hec oīa ad fati ſortē arbitranẽ eē referēda. Ita enī definit prouidentiam eſſe diuinam ſententiam: conſeruatricē ꝓſperitatiſ

eiuſ:cuiuſ cauſa tale ſuſcipit offitium:diuinam legem eſſe fatum:
ꝑ quod ineuitabileſ cogitationeſ dei:atq; incepta cõplẽtur:unde
ſi qd ꝓuidẽtia agit᷑:id agit᷑ etiã fato. & quod fato terminat᷑:ꝓui/
dẽtia debet ſuſceptũ uideri:et primã quidẽ ꝓuidentiã eſſe ſummi:
exuꝑantiſſimiq; deoꝝ omĩũ. qui nõ ſolũ deoſ celicolaſ ordinauit
quoſ ad tutelam: et decuſ:per omnia mundi membra diſperſit.ſed
natura etiam mortaleſ deoſ:qui preſtarẽt ſapiẽtia ceteriſ terreniſ
animantibuſ:ad euitatẽ temporiſ edidit.fundatiſq; legibuſ reliq̃ꝝ
diſpoſitionum:ad tutelam rerum:quaſ quottidie fieri neceſſe eſt:
diiſ ceteriſ tradidit.unde ſuſceptã ꝓuidentiã dii:ſecũde ꝓuidẽtie:
ita grauiter retinent:ut omnia:etiam:que a celeſtibuſ mortalibuſ
exhibentur:immutabilem ordinationiſ paterne ſtatum teneant.
Demõeſ uero:quoſ genioſ et lareſ poſſumuſ nũcupare:miniſtroſ
deorum arbitrantur: cuſtodeſq; hominum:et interpreteſ:ſi quid
a diiſ uel.nt.nec ſane omnia referẽda ad uim fati putat. Sed eſſe
aliquid in nobiſ:et in fortuna non nihil.& fortune improuidoſ
caſuſ ignorari a nobiſ fatetur.Inſtabile enim quidam:et incurrẽſ
intercedere ea ſolere:que conſilio fuerũt:et meditatione ſuſcepta
que non patiatur: meditata ad finem uenire.et tunc quidem:cũ
impedimen tũ illud utiliter prouenit:reſ illa felicitaſ nominatur.
at ubi repugnationeſ iſte nociue erũt:infelicitaſ dicitur. Omniũ
uero terrenoꝝ:nihil homine preſtãtiuſ: prouidẽtia dedit. Quare
iidem homineſ bene pronuntiarunt:eſſe animam corpiſ dominã.
At enim cũ treſ ꝑteſ animi dicat eſſe:Rationabilem id eſt mẽtiſ
optimam portionem:hãc ait capitiſ arcẽ tenere. Iraſcentiã uero:
procul a ratione:ad domiciliũ cordiſ deductam eſſe.obſequi eam
et reſpõdere in loco ſapiẽtie.cupidinem:atq; appetituſ poſtremã
portionẽ:infernaſ ab dominiſ ſedeſ obtinere:ut popinaſ quaſdam
et latrinaꝝ latebraſ.diuerſoria nequitie atq; luxurie. Relegatã
uero idcirco longiuſ a ſapientia hanc partẽ uideri:ne importuna
uicinitaſ:et rationem conſtitutam deſuper cunctoꝝ ſaluti:in ipſa
cognationum uicinitate ꝑturbaret.totum uero hominẽ in capite
uultuq; eſſe. Nanq; prudentiã:ſẽſuſq; omneſ:nõ aliaſ:q̃ illa parte
corpiſ contineri:cetera enim membra ancillari:et obſeruire.ciboſ
et alia ſubminiſtrare:uectare:ut in ſublime poſſit:ut dominum
atq; rectorem prudẽtiaq; eiuſ a periculiſ uendicare. Sed machi/
namenta quibuſ ad ſẽtiẽdaſ:diiudicãdaſq; q̃litateſ:ſẽſuſ inſtructi
ſunt:ibidẽ erga regiã capitiſ conſtituta:in conſpectu rationiſ:ut

intelligendi atq; perſentiendi ueritaſ adiuuetur. Senſuſ uero ipſi:
ad ea: que ſūt ſēſibilia: apte cōpoſita: nature intelligētiā. cognatā
tenent. at oculorum acieſ perlucidaſ eſſe. eaſ quadam luce uiſioniſ
illuſtreſ: noſcendi litteraſ offitium tenere. Auditionem uero aeree
nature participem: aereiſ nūtiiſ ꝑcipere ſonoreſ. Iam guſtuſ com/
mēdatoſ: tactū etiam terrenum atq; corporeū: ſolidiora: quecūq;
cōtingi offendiq; poſſūt: ſentire. eoꝝ etiam: que corrupta imitant̄:
ſeparanda uiſ intelligenda eſt. In media nanq; regione oriſ nareſ
natura conſtituit: quarum Symphonia odor cum ſpiritu cōmeat.
conuerſioneſ: aut mutationeſ odoratuſ cauſaſ dare: eaſq; de cor/
ruptiſ: uel aduſtiſ: uel madeſcentibuſ: uel madefactiſ ſentire. cum
q̄dem ea querunt̄ uapore: et fumo exhalant̄. odor in hiſ iudiciū:
ſenſuſq; ſuccedūt. Nam ſi reſtent integre: et aer puriuſ nunquam
eiuſmodi auraſ inficiunt. et ſenſuſ quidem ipſi nobiſ cōmuneſ ſunt:
cum ceteriſ animantibuſ. At enim hominiſ ſollertia eiuſdem modi
bn̄ficio diuino inſtructior: aptiorq; ꝙ audituſ ille eſt: uiſuſq; pre/
ſtātior. oculiſ nanq; metituſ eſt celum: ſydeꝝ circuituſ: et aſtrorū
obituſ: atq; ortuſ cum ſignificatibuſ ſpatia comprehēdit ex quo
pulcherrimuſ: et uberrimuſ fōſ ille philoſophie profluxit. auditu
uero quid homini magnificētiuſ potuit euenire? ꝑ quē prudentiā
ſapientiāq; diſceret. numeroſq; oratiōiſ metiret̄. ac modoſ faceret.
fieretq; totuſ ipſe modulatuſ: ac muſicuſ. lingua: et dētium uallū:
et ipſiuſ oſculi uenuſtaſ acceſſit: quod quidē aliiſ animantibuſ ad
explendā uictuſ neceſſitatē: inferendaſq; uentri copiaſ compatū
eſt. ſed hominiſ promptuariū potiuſ recte rationiſ: et ſuauiſſime
datū eſt: ut que prudētia corde cōceperit: ea ſenſa promat oratio:
ſed totiuſ corporiſ habituſ et figura membroꝝ alia cōditione ſūt
optima: alia lōge peiora. Inferiora reguntur optimatū preſtātia
et ipſa miniſterium ſuggerunt uictuale. pedeſ deniq; humotenuſ
capiti obediunt. ac ſupercilioꝝ ſepeſ premuniūt oculoſ: ne deſuꝑ
proruat: quod teneraſ uiſioneſ: molleſq; ꝑturbet. Pulmoneſ loco:
ac ſui genere: cordi plurimum conſulunt. cum exardeſcit ira: tre/
pidanſq; celerioribuſ motibuſ uertex cordiſ ipſiuſ madenſ ſāguine:
pulmoniſ excipitur mollitia: ſiti: frigore. Splenem uero iecori nō
fruſtra eē finitium: ut eiuſ redūdātia ꝑticipatiſ hauſtibuſ releuet:
abſtergatq; ea: que ſordium fuerint. purumq; ac ſincerū preſtet:
quod maxime fibriſ eſt commodum. Ventrem gyriſ inteſtinorū
circunplexū: et nexibuſ impeditū eſſe: ne eſculēta: & poculenta

ſeſe penetrarent. ſed ut retenta paulıſper utılıtatem ſuı:et ſenſum
anımātıbuſ exhıberēt. neq; exhauſtıſ et labētıbuſ ııſ: que ınferūt
momentıſ omnıbuſ appetendı cıbı neceſſıtaſ ımmıneret. et ad hec
unū occuparı nobıſ dıeſ: noctesq; eſſet neceſſe. Vıſcerıbuſ oſſa ſūt
tecta. eadem reuıncta ſunt neruıſ. et tamē ea: que ſūt ınternūtıa
ſentıendı: ſıc ſunt opta uıſcerıbuſ: ne craſſıtudıne ſenſuſ hebetent.
ılla etıā que ın ıuncturıſ et copulıſ nexa ſūt: ad celerıtatē facılıuſ
ſemouendam. haud multıſ ımpedıta ſunt uıſcerıbuſ. Denıq; ıpſıuſ
capıtıſ uertıcem ſpecta: contectum tenuı cute: capıllıſq; hırſutū
uıdebıſ: aduerſū uım frıgorıſ: et calorıſ. Quıd de cıbatu ıpo loq̄r?
quem ıtınera ex utero manentıa: fıbrıſ ıecorıſ adıuncta dıſpıunt
ın cruorıſ ſımılıtudınē uerſum: ut eum ex eo loco per om̄eſ artuſ
natura ſollerſ derıuarı facıat. ſed e regıone cordıſ uenarū meatuſ
orıūtur: per pulmonıſ ſpıracula uıuacıtatem tranſferenteſ. quam
de corde ſuſceperunt. et rurſuſ ex ıllo loco dıuıſe per membra ın
totum homınem ıuuāt ſpırıtū. Hınc ılle anhelandı uıceſ hauſte:
reddıteq; alterno modo: ne mutuıſ ımpedıant occurſıbuſ. Venaꝝ
dıuerſe ſunt qualıtateſ. quaſ ad procurandum e regıone ſeruıtıū:
per medullaſ renum cōmeare: et ſuſcıpı ıgnıum loco certum eſt: &
rurſum uenarum genıtale femınum humanıtatıſ exıre. At cum
totıuſ corporıſ dıcat eſſe ſubſtantıaſ: prımam uult uıderı ex ıgne:
et aqua: et ceterıſ elementıſ. alıā ex conſımılıbuſ partıbuſ uıſcerū:
oſſıculoꝝ: cruorıſ: et ceteroꝝ. tum eam de dıſcrepātıbuſ dıuerſıſq;
membrıſ: ıdeſt capıte: utero: et artıculıſ dıſparıbuſ: unde ſubſtātıa:
que de ſımplıcıbuſ cōſtat elementıſ. ſı ıd: qđ ex neceſſıtate uıctuſ
extrınſecuſ arrogat. quomodo congruıt generı ſınguloꝝ q̄lıtatē
corporıſ temperıemq; cuſtodıt. et ıllıſ que de conſımılıbuſ robur:
hıſ que ınter ſe dıſparıa ſupradıxımuſ: pulchrıtudınem nutrıt. et
ſımul eq̄lıtaſ ıſta: ſıccı: humıdı: feruentıſ: ac frıgıdı: ſanıtatē: uıreſ:
ſpecıem q; larg ıt. ſıcut ılla ıntemperanſ atq; ımmoderata pmıxtıo
ſıngulıſ unıuerſıſq; uıtıatıſ alııſ celerı exıtıo corrıpıt. Trıpartıtā
anımam eſſe dıcıt. prımam euıſ ratıonabılem eſſe partem: alıam
excādeſcentıā: uel ırrıtabılē. tertıā appetıtū eandēq; cupıdıtatē
poſſumuſ dıcere. ſed tūc anımātı ſanıtatē adeſſe: uıreſ: & pulchrı/
tudınē: cū ratıo totā regıt. parētq; ınferıoreſ due pteſ: cōcordeſq;
ınter ſe ıracundıa: et uoluptaſ: nıhıl appetūt. nıhıl mouent. quod
ınutıle eſſe dıxerıt ratıo. eıuſmodı ad equalıtatē partıbuſ anıme
temperatıſ: corpuſ nulla perturbatıone frangıt. alıoquın ınuehıt

egritudinē inualentiāq; et feditatem:cum incompoſite et ineq̄leſ inter ſe erūt:cū iraſcentiam:et conſilium ſubegerit. ſibiq; ſubiecerit cupiditaſ. aut cū dominā illā reginamq; rationem licet obſequēte et placata cupidine ira flagrantior uicerit. Sed egritudinē mētiſ ſtulticiā dicit eſſe.eāq; in parteſ duaſ diuidit.quaꝝ unā impiciam nominat.alterā inſaniam uocat.& imperitie morbū ex glorioſa iactatione contingere.cum eoꝝ quorū ignaruſ eſt aliqſ: ſciētiam mentitur. Furorem uero peſſima cōſuetudine:et libidinoſa uita ſolere euenire. Hancq; inſaniam nominari:quā uitioſa qualitaſ corporiſ prodidit. cum ea que ſunt rationi parata:in ipſo uertice importuniſ auxiliiſ coartantur. Atenim tunc hominē eſſe pfectū: cum anima et corpuſ equaliter copulantur.et inter ſe conueniūt. ſibiq; reſpōdent ut firmitaſ mētiſ preualentibuſ corporiſ uiribuſ non ſit inferior. Corpuſ uero tūc natiuiſ incrementiſ augetur: cū ualitudiniſ portio procurata ſalubriter modum neceſſarii uictuſ neſcit excedere. nec ualitudo obteritur magnitudine externorū laborū:nec pabuli ſarcine immoderatiuſ inuecti:uel nō ut optet digeſti:diſtributiq; per corpuſ.tūc enim artuſ ac mēbra uigoriſ debiti modum:& uireſ retinēt:cū id:quod inferť ad totiuſ corpiſ conſeruationē ueluti ſigillatim exeq̄tum cūctiſ partibuſ diuidiť. Verum enimuero cum id minime fit tunc ſequi exitium corporiſ

MOraliſ philoſophie caput eſt Fauſtine fili:ut ſciaſ: qbuſ ad beatam uitam perueniri ratiōibuſ poſſit. Verū ad beatitudinē ante alia bonorū fine contingenti:ut oſtendā: que de hoc Plato ſenſerit. Bonorum igitur alia eximia:ac prima: per ſe dicebat eſſe.per preceptionē cetera fieri bona exiſtimabat. Prima bona eſſe deū ſūmū: mentemq; illam:quam τηυ νοιυ idem uocat. Secundum ea.illaſ que ex priorum fonte profluerent eſſe:animi uirtuteſ: prudentiā iuſticiā:pudiciciā:fortitudinē. Sed hiſ omībuſ pſtare prudētiam. Secūdam numero ac poteſtate cōtinentiam poſuit:haſ iuſticiam ſequi.fortitudinem quartam eſſe. Differentiam hanc bonoꝝ eſſe conſtituit.partim diuina per ſe:et prima:ſimplicia dici bona.alia hominum:nec eadem omnium exiſtimari.diuina quippe eē:atq; ſimplicia uirtuteſ animi. Minora autē bona eaq; quorūdam eſſe.

que cũ corporiſ cõmodiſ cõgruunt. ut illa que noíamuſ externa:
ſapiẽtibuſ: et cũ ratiõe ac modo uiuẽtibuſ: ſũt ſane bona. ſtolidiſ:
et eorum uſum ignorantibuſ: oportet eſſe mala. Bonum primum
eſt uerum: et diuinũ: illud optimũ: et amabile: et concupiſcendũ:
cuiuſ pulchritudinem rationabileſ appetunt menteſ: natura duce:
inſtructe eadẽ eiuſ ardore: et quod nõ om̃eſ adipiſci queunt. Qui
neq; p̄mi boni adipiſcendi facultatẽ poſſũt habere: ad id ferũtur:
quod hominum eſt. Secundum: nec cõmune multiſ. nec quidem
omnibuſ ſimiliter bonum. Nanq; appetituſ. & ad aliquid cupido
aut uero bono incitatᷓ: aut eo: quod uideatur bonũ. unde natura
duce cognatio quedã eſt cũ boniſ: ei anime: portioni que rationi
cõſentit. Accidenſ autem bonum eſſe putatᷓ quod corpori: rebuſq;
uenientibuſ extrinſecuſ: copulatᷓ. et aliquãdo quidem: qui natura
imbutuſ eſt: ad ſequendum bonum: nõ modo ſibimet intimatum
putat: ſed om̃ibuſ etiã hominibuſ: nec pari: aut ſimili modo: uerũ
etiam unũquenq; acceptum eſſe. dehinc proximiſ: et mox ceteriſ:
qui familiari uſu: uel noticia iunguntur. hominem ab ſtirpe ipſa:
neq; abſolute bonum: nec malum naſci. ſed ad utrunq; procliue
ingenium eſſe. habere quidem ſemina quedã utraꝝq; rerum: cum
naſcẽdi origine copulata: que educatiõiſ diſciplina: in partem al/
teram debeãt emicare. Doctoreſq; pueroꝝ: nihil antiquiuſ curare
oportet: q̃ ut amatoreſ uirtutũ: uel inter ſe moribuſ: et inſtitutiſ
eoſ ad id ꝓrſuſ imbibere: ut regere: et regi: diſcãt magiſtra iuſticia.
Quare preter cetera induci ad hoc ceteroſ oportere: ut ſciãt: que
ſequenda: fugiendaq; ſint: honeſta eſſe: ac turpia: illa uoluptatiſ
hec laudiſ. hactenuſ dedecoriſ ac turpitudiniſ. honeſta eademq;
que ſũt bona: conſidẽter optare noſ oportere. Tria genera inge/
niorũ ab eo ſũt cõprehenſa. quoꝝ preſtãſ: egregiũ appellat nuũ.
alteꝝ deterrimũ: peſſimũq;. tertiũq; ex utroq; medio temperatũ:
mediũ nũcupauit. Mediocritatiſ huiuſ uult eſſe participẽ pueꝝ
docilẽ et uirum progredientem ad modeſtiam. eũdẽq; cõmodũ.
ac uenuſtũ. Eiuſmodi enim medietateſ inter uirtuteſ et uitia in/
tercidere dicebat. Tertium quiddam ex quo alia laudanda: alia
culpanda eſſent. Inter ſcientiam ualidam: alteram falſam puicaci
uanitate iactatã. Inter pudiciciã: libidinoſãq; uitã: et abſtinẽtiã:
intemperantiamq; poſuit. fortitudini ac timori medioſ pudorem:
et ignauiã fecit. Hoꝝ quoq;: quoſ mediocreſ uult uideri: neq; ſin/
ceraſ eẽ uirtuteſ: nec uitia tñ mera: et intẽperata. ſed hinc atq; inde

permixta eſſe. Maliciam uero: deterrimi et omnibuſ uitiiſ imbuti
hominiſ dicebat eſſe. quod accidere dicebat: cum optima et ratio/
nabiliſ proportio: et que etiam imperare ceteriſ debet: ſeruit aliiſ.
Ille uero uitiorum doctriceſ iracundia et libido: ratione ſub iugo
miſſa: dominant᷑. eandem malitiā de diuerſiſ conſtare: abūdantia
inopiaq;. nec ſolū ea in qualitatiſ uitio claudicare arbitratur: ſed
etiam incumbere diſſimilitudinem. Neq; enim poſſet cū bonitate
congruere: que a ſemetipſa tot modiſ diſcrepet. et non ſolū diſpa/
rilitatē: ſed etiā concinnitatem pre ſe gerat. Quapropter treſ ꝑteſ
anime: tribuſ dicit uitiiſ urgeri. prudētiam indocilitaſ impugnat.
que nō abolitionē infert ſciētie. ſed cōtraria eſt diſcipline diſcēde.
Huiuſ duaſ ab eo ſpecieſ accepimuſ imperitiā. et fatuitatem. quaꝝ
impitia ſapiētie: et fatuitaſ prudētie inuēiunt᷑ inimice. Iracundiā:
audacia. eiuſ comitatum ſequuntur indignatio et incōmobilitaſ
dicta grece αραλΓΗσία. ita enim dixerim. que non extinguit in/
citamenta irarum: ſed ea ſtupore deficit immobili. Cupiditatibuſ
luxuriam applicat. ideſt appetituſ uoluptatem: et deſyderium: ad
fruēdū potiēdūq; hauſtuſ inexplebileſ. Ex hac manat auaricia:
atq; laſciuia. quarū altera liberalitatē coerciat. altera īmoderatiuſ
fūdēdo: patrimonii ꝑdigat facultateſ. Sed uirtuteſ Plato habitū
eſſe dicit mentiſ: optime: et nobiliter figurate. que concordem ſibi
quietē: conſtantē etiam eum faciūt. cui fuerint fideliter intimate.
nō tantummodo uerbiſ: ſed factiſ et etiam ſecum: et cum ceteriſ.
Hoc uero ꝓcliuiuſ: ſi ratio ī regni ſui ſolio cōſtituta ſit: appetituſ:
et iracundiaſ ſemꝑ domitaſ. et infreniſ habet. Ipſeq; ita obediūt:
ut tranquillo miniſterio fungantur. Vnimodā uero eſſe uirtutē:
ꝙ bonū ſuapte natura adminiculo non indiget. perfectum autē
cum ſit: ſolitudine debet eſſe contentum: nec ſolum qualitaſ: uerū
etiam ſimilitudo: cum uirtutiſ ingenio cōiungitur. Ita enim ſecū
ex omni parte congruit: ut ex ſe apta ſit: ſibiq; reſpondeat. Hinc
etiā medietateſ: eaſdemq; uirtuteſ: ac ſummitateſ uocat. nec ſolū
quod careant redūdantia: et egeſtate: ſed ꝙ in meditullio quodā
uitiorum ſite ſunt. fortitudo quippe circunſiſtitur hinc audacia.
inde timiditate. audacia quidem cōfidentie fit abūdantia: metuſ
uero uitium defitientiſ audacie. Virtutum perfecte quedam ſunt
imperfecte alie. et imperfecte ſunt. que in om̄ibuſ beneficio ſolo
nature ꝓueniunt: uel que ſoliſ diſciplinis tradunt᷑. et magiſ ratiōe
diſcuntur. Eaſ igitur: que ex omnibuſ hiſ conſtant: dicimuſ eſſe

pfectaſ. Imperfectaſ uirtuteſ ſemet comitari negat: eaſ uero: que perfecte ſũt: indiuiduaſ ſibi: et inter ſe cõnexaſ eſſe: ideo maxime arbitratur: quod ei: cui ſit egregiũ ingenium: ſi accedat induſtria: uſuſ: et diſciplina: quã dux rerũ ratio fundauerit: nihil relinquetᷣ: quod non uirtuſ adminiſtret. Omneſ uirtuteſ cũ anime partibuſ diuiſit. et illã uirtutẽ: que ratione ſit nexa: et eſt ſpectatrix omniũ rerum: prudentiã dixit: atq; ſapientiã. quaꝝ ſapientiã: diſciplinã uult uideri: diuinarum: humanarumq; rerum. prudentiam uero ſcientiam eſſe intelligendoꝝ bonorum: et malorum. eorum etiam media: que dicuntur. In ea uero parte: que iracundior habeatur. fortitudiniſ ſedeſ eſſe: uireſ anime: neruoſq; ad ea implenda: que nobiſ ſeueriuſ agenda legum imponuntur imperio. Tertia parſ mentiſ eſt cupidinum: et deſideriorum: cui neceſſario abſtinentia comeſ eſt. quam uult eſſe ſeruatricẽ conueniẽtie eoꝝ: que natura recta prauaq; ſunt. In homine ad placentiam: ac mediocritatem libido reflectitur. actuſq; uoluptarioſ ratione huiuſ dicit ac mo/deſtia coerceri. Per haſ treſ anime pteſ iuſticiã eqͤliter diuidenteſ que cauſam eſſe dicit: ut unaqueq; potiorem ratiõe: ac modo ad fũgendũ munuſ obediat. Hanc ille heroſ iuſticiã modo nomĩat nũc uniuerſe uirtutiſ nũcupatione cõplectitur. et item fidelitatiſ uocabulo nũcupatᷣ. ſed cũ ei: a quo poſſidetᷣ: ẽ utiliſ: beniuolẽtia ẽ. ac cũ foraſ ſpectat: et ẽ fida ſpeculatrix utilitatiſ aliene: iuſticia nominatᷣ. Eſt et illa iuſticia: que qͬtũ: uulgata diuiſiõe: uirtutũ locũ poſſidet: que cum religioſitate copulantᷣ. quaꝝ religioſitaſ deũ honori: ac ſuppliciiſ diuine rei mãcipata ẽ. illa uero hominũ ſocietatiſ et concordie remedium: atq; medicina eſt. Duabuſ autẽ equalibuſ de cauſiſ utilitatem hominũ iuſticia regit. quarum eſt prima minorum obſeruantia. & diuiſionum equalitaſ. & eoꝝ que pacta ſunt ſymbole. adhec ponderum menſurarũq; cuſtoſ: & cõ/municatio opum publicaꝝ. Secũda finaliſ eſt: et ueniẽſ ex eqtate partitio: ut ſinguliſ in agroſ dominatuſ congruenſ deferatur. ac ſcruteᷣ bonuſ optimiſ potior: minor nõ boniſ. Ad hec bonuſ qſq; natura et induſtria in honoribuſ et officiiſ pferatur. Peſſimi ciueſ luce careãt dignitatiſ. ſed ille iuſtuſ in deferẽdo honore: ac ſeruã/do: moduſ eſt ei: qui eſt ſuffragator bonoꝝ: et maloꝝ ſubiugator ut ſemp in ciuitate emineãt. que ſunt omnibuſ profutura. taceãt et ſubiecta ſint: cum ſuiſ actoribuſ uitia. Hinc rhetorice due ſunt apud eum parteſ. quarũ una eſt diſciplina contemplatrix bonoꝝ:

iuſti tenax. apta et conueniens cum ſecta eius: qui politicuſ uult uideri. alia uero adulãdi ſcientia eſt. captatrix uerisimilium. uſus nulla ratione collectuſ. Hanc rem diffiniuit. Plato: quam ciuilis articuli umbram: ideſt imaginẽ nominauit. ¶ Ciuilitatem: quam politicem uocat: ita uult a nobis intelligi: ut eam eſſe ex uirtutũ numero ſẽtiamuſ. nec ſolũ agentẽ: atq; in ipſis adminiſtratiõibuſ. Verum ſpectari ab ea uniuerſa. atq; diſcerni. nec ſolũ ꝓuidentiã prodeſſe ciuilibuſ rebuſ: ſed omnem ſenſum eius: atq; propoſitum: fortunatum: et beatũ ſtatũ facere ciuitatiſ. Hec eadem utilitatẽ anime procurat duobuſ modis: altera nanq; legalis eſt. iuridicialis altera. Sed prior cõſimilis eſt exercitationi. per quã pulchritudo anime et robur acquiritur: ſicut exercitatione ualitudo corporis: gratiaq; cõtinetᷣ. Iuridicialis illa medicine pars eſt. Nam morbis anime medetᷣ: ſicut illa corporis: has diſciplinas uocat: plurimũq; earum curationẽ cõmoditatis afferre ꝓfitetur. Harũ imitatrices eſſe. coquinariã et unguentariam: ſed artẽ ſophiſticã ꝓfeſſionẽq; iuris blandã: et aſſentationũ illecebris turpes ꝓfitẽtibus: inutiles cũ ɔ̃lis: quoꝝ ſophiſticã coquine cõiungit. Nam ut illa medicine profeſſione interdum opinionem imprudentium captat: quaſi ea que agit. cum morborum medela cõueniãt: ſic ſophiſtice imitata iuridicialẽ ſtatum dat opinionẽ ſtultis: quaſi iuſticie ſtudeat: quã iniqtati fauere cõſtat. unguentariã uero ꝓfeſſores iuris imitantᷣ. Nam ſicut illa remedio uult eſſe: per quod ſpecies corporibus: ac ualitudo ſeruentur: non modo utilitatem corporum minuit: ſed robur etiam uireſq; frãgit. et iterũ colorem ad deſidiam ſ[illegible]guinis mutat: ſic hec in ſcientiam mutata iuris: ſimulat quidem uirtutem ſe aĩmis augere. eneruato quod in illis natiue fuerit induſtrie: uirtutes eas doceri: et ſtuderi poſſe arbitratur. que ad rationabilem animam ptinent: ideſt ſapientiã et prudentiã: et illas que uitioſis partibus pro remedio reſiſtũt: ideſt fortitudinẽ: et cõtinentiam: rationabiles quidẽ eſſe. ¶ Supiores uirtutes pro diſciplinis haberi. ceteras: ſi perfecte ſunt: uirtutes appellat. ſi ſemiperfecte ſunt: non illas diſciplinas uocandas eſſe cenſet. ſed non in totum exiſtimat diſciplinis alienas. ¶ Iuſticia uero: ꝙ trinis aĩme regiõibus ſparſa ſit: artem uiuendi ac diſciplinam putat. et nunc docilem eſſe: nunc uſu et experientia prouenire. Bonorum autem quedam ſui gratia aſſerit appetenda: ut beatitudinem: ut bonum gaudium. alia non ſui gratia: ut medicinã: alia ſui: & alterius: ut ꝓuidẽtiam: ceteraſq;

uirtuteſ: q̃ſ et ſui cauſa expetimuſ: ut preſtãteſ ꝑ ſe: et honeſtaſ: et alteriuſ: ideſt beatitudĩſ: que eſt uirtutũ exoptatiſſimuſ fructuſ. ¶ Hoc pacto etiã mala: quedã: ſui cauſa fugiẽda ſũt: alia ceteroꝝ. pleraq; et ſui: et aliorum. ut ſtulticia: et huiuſmodi uitia: que et ſui cauſa uitãda ſũt: et eoꝝ: que accidere ex iiſ poſſũt: id ẽ miſerie: atq; infelicitateſ. ¶ Eoꝝ: que appetẽda ſũt: quedã abſolute bona dicimuſ: que ſemp: atq; oĩbuſ: cum aſſunt: inuehunt cõmoda: ut uirtuteſ. quaꝝ beatitudinitaſ: fructuſ ẽ. Alia qbuſdam: nec cũctiſ: uel ꝑpetuo bona: ut uireſ: ualitudo: diuitie. et quecũq; corporiſ: ac fortune ſunt. ¶ Pari pacto: et eorũ: que declinanda ſunt: quedã oĩbuſ ac ſemp uideri mala: qm̃ nocẽt. atq; obſũt: ut ſunt uitia: et infortunia: quedã aliiſ: nec ea ſp nocere: ut egritudinẽ: egeſtatẽ: et ſimilia. Sed uirtutẽ liberam: et in nobiſ ſitam: et nobiſ uolũtate appetendã. peccata uero eſſe nõ minuſ libera: et in nobiſ ſita: nõ tñ ea ſuſcipi uolũtate. Nanq; ille uirtutiſ ſpectator: cũ eã penituſ intellexit bonã eſſe: et benignitate ꝓſtare: eã affectabit ꝑfecto: et eã ſectandã exiſtimabit ſui cauſa. Ac itẽ ille: qui ſenſerit uitia: nõ ſolũ turpitudinẽ exiſtimatõi inuehere: ſed nocere alio pacto fraudiq; eſſe: qſ põt ſponte ad earũ conſortiũ ſe ingerere? ſed ſi ad huiuſmodi mala pergit: ac ſibi uſum eorum utilẽ credit: deceptuſ errore: et imagine boni: ſollicitatuſ quidem: ſcienſ uero ad mala precipitat̃: diſcrepeſ qdem a cõmuni ſentẽtia: ſi nõ quidẽ ignoreſ: qd inter pauperiem: ac diuiciaſ interſit: et cum hec in procliui ſita ſint: nec pauperieſ. honeſtatem: uel turpitudinem diuicie allature ſint. Si egeſtatẽ rerum uictui neceſſariaꝝ copiuſ preferaſ: ineptire uidearíſ. et adhuc illud abſurdiuſ: ſi qſ ſanitatẽ corpiſ ſpernat: eli/gẽſ morboſ. Sed illud poſtreme demẽtie eſt: cũ qſ pulchritudinẽ uirtutiſ oculiſ aĩe uiderit: utilitatẽq; uſu et ratiõe pſpexerit: non ignaruſ: q̃tum dedecoriſ atq; incõmodi adipiſcat̃: ex pticipatõne uitioꝝ: tñ addictũ ſe uelit uitiiſ. ¶ Corpoꝝ ſanitatẽ: uireſ: indolẽ/tiam: ceteraq; eiuſmodi bona extraria. Item diuitiaſ: & cetera: que fortune cõmoda dicimuſ: ea non ſimpliciter bona nũcupãda eſſe. Nã ſi qſ ea poſſidẽſ: uſu ſe abdicet: ea ſibi inutilia erũt. ſiquiſ autẽ eoꝝ uſũ cõuerterit ad malaſ arteſ: ea illi etiã noxia uidebũt̃ unde colligit̃ bona hec ſimpliciter dici non optere. nec etiã ea: que ſunt morboſa: ut pauperiẽ ceteraq; exiſtimari mala optet. Nam qui tenuiſ eſt: ſi modificet̃: nullã noxam ex eo ſentiet. etiã qui recte paupꝛe ſua utit̃: non ſolũ nihil capiet incõmodi. uerũ ad tolerãda

cetera melior atq; preſtātior erit. Si igitur nec babere pauperiē:
neq; eam ratiōe regere cōtrarium eſt: paupertaſ malum non eſt.
¶ Voluptatem uero neq; bonum eſſe abſolute neq; ſimpliciter
malum: ſed eam: que ſit boneſta: nec pudendiſ rebuſ: ſed glorioſiſ
actibuſ ueniat: nō eē fugiēdā. Illā uero: quā aſpnat natura ipa:
turpi delectatiōe queſitā: uitari oportere cenſebat. ¶ Solitudinē:
et laborē: ſi naturaleſ eſſēt: et ab ipſa uirtute deſcēderēt: & eſſent
ꝓ aliqua ꝑclara adminiſtratiōe ſuſcepte: appetibileſ dicebat eſſe.
Sed ſi aduerſū naturam turpiſſimaꝝ reꝝ cauſa gignerent: malaſ
deteſtabileſq; eſſe. ¶ Ex iiſ que in nobiſ ſunt: primū bonum: atq;
laudabile: eſt uirtuſ: bonū ſtudēti. Ideo boneſtū appellari optet
ſolū qppe qđ boneſtum ē: bonū dicimuſ. et malū: turpe: et merito
qđ turpe ē: bonū nō poteſt dici. ¶ Amiciciā ait ſotiā: eāq; cōſenſu.
cōſiſtere: reciprocamq; eē: ac dilectiōiſ uicē reddere: qn̄ reclamat
eq̄liter: boc amicicie cōmodo ꝓuenit: cū amicuſ eum quē diligit:
ꝑiter: ac ſe cupit ꝓſperiſ rebuſ potiri. eq̄litaſ iſta nō aliter ꝓuenit:
niſi ſimilitudo in utroq; parilitate caritateq; cōueniat: pareſ enim
ꝑibuſ inreſolubili nexu iūgunt. ita diſcrepāteſ: & inter ſe diſiūcti
ſūt: nec alioꝝ amici. ¶ Inimiciciaꝝ autē uitia gignūt: ex maliuo/
lētia: ꝑ moꝝ diſſimilitudinē: et diſtātiā uite. & ſectaſ: atq; ingeīa
cōtraria. ¶ Alia etiā amicicie genera dicit eſſe: quaꝝ pſ uoluptatiſ
gignit cauſa. pſ neceſſitatiſ. Neceſſitudiſ & liberoꝝ amor: nature
congruuſ eſt. Aliuſ abborrēſ ab bumanitatiſ clementia: qui uulgo
amor dicit. et eſt appetituſ ardenſ cuiuſ inſtinctu ꝑ libidinē capti
amatoreſ corpoꝝ: in eo qđ uiderint: totū boīem putāt. Eiuſmodi
calamitateſ animaꝝ amiciciaſ idē appellari uetat. que nec mutue
ſunt: nec reciprocari queāt. ut amēt: que redamant. nec cōſtantia
illiſ aſſit. et diutnitaſ deſit. amoreſq; eiuſmodi ſatietate ac penitē/
tia terminent. Plato treſ amoreſ boc genere dinūerat. ꝙ ſit unuſ
diuinuſ: cū incorrupta mēte: et uirtutiſ rōe cōuenīēſ: nō penitēduſ
alter degeneriſ aīmi: & corruptiſſime uoluptatiſ. tertiuſ ex utroq;
ꝑmixtuſ: mediocriſ ingenii: & cupidiniſ modice. ut igit ille amor
deterrimuſ: ac inbumaniſſimuſ: atq; turpiſ: nō ex rerū natura: ſed
egritudīe cor: palimorboq; colligit: ſic ille diuinuſ deoꝝ munere:
beneficioq; cōceſſuſ aſpirāte celeſti cupidīe in aīmoſ boīm credat
uenire. Eſt amoriſ tertia ſpecieſ: quā diximuſ mediam: diuini atq;
terreni ꝓximitate collectuſ. nexuq; & cōſortio parili copulatuſ.
et ut rōi ꝓpinquuſ ē diuinuſ ille: ita terrenuſ ille tēpitudini iūctuſ

eſt uoluptatiſ. Culpabiliū autē uiroꝝ q̄ttuor forme ſunt: quaꝝ
p̄ma bonoripetaꝝ ē: ſequēſ abſtemioꝝ: tertia populariſ. tyrānice
dominatōiſ ultima. Quapropter euenit p̄mū illud mētibuſ uitiū:
cū uigor ratiōiſ elāguerit. ſupiorq; robuſtior fuerit: aīme portio
in qua ira domīatur. oligarchia dicit̄. ea ſic naſcitur cum propter
peſſimū paſtū eiuſ ptiſ aīme: que ex cupiditatibuſ cōſtat: nō ſolū
rationabiliſ et iraſcētie loca poſſidet̄: ſed etiā eiuſ: que nō neceſſa/
riaſ cupidineſ acuūt. Hūc talē Plato lucricupidinē atq; accipitrē
pecunie noīauit. q̄litaſ populariſ exiſtit: cū indulgētia cupidineſ
laborate: non ſolū iuſtiſ deſideriſ exardeſcūt: ſed hiſ eque obuie:
atq; occurſāteſ: et illā conſiliariā: & illā alterā racionabilē animā
cōditionibuſ ſuiſ preſſerūt. Tyrānidiſ ex luxurioſa & plena libi/
dinīſ uita: que ex diuerſiſ et illicitiſ uoluptatibuſ conflata: mente
tota dominat̄. quiſ itaq; ut peſſimū eū: nō ſolū turpē: & damnoſū
et cōtemptorē deoꝝ: et īmoderatā: et inhumanā: atq; inſotiabilē
uitam: ait uiuere. Sed nec cum p̄ximiſ ſecūue cōgruere: atq; ideo
nō modo a ceteriſ: uerū etiā a ſe diſcrepare. nec aliiſ tantū ſed ſibi
inimicū eſſe. & idcirco hunc talē: neq; boniſ: nec omnino cuiq̄: nec
ſibi quidē amicū eſſe. ſed illū peſſimū uideri: quod nulla maligni/
tatiſ ſuperlatio poſſit excedere. Hunc talē nunq̄ in agēdiſ rebuſ
expedire ſe poſſe: non ſolū propter inſcitiā: ſed ꝙ ipſe etiā ſibimet
ſit ignotuſ. & quod perfecta malitia ſeditionem mentibuſ pariat:
impedienſ incepta eiuſ: atq; meditata conſilia: nec p̄mittenſ quicq̄
eorum: que uolet. quapropter peſſimo deterrimoq;: non ea tantū
uitia: que ſecundum naturam ſuut: pariunt execrabilitatē: ut eſt
inuidētia: nec ē de alieniſ incōmodiſ gaudūi: ſed etiā que natura
reſpuit: uoluptatem dico: atq; egritudinem: deſyderium: amorem:
miſericordiā: metū: pudorem: iracūdiam. Idcirco autē hoc euenit:
ꝙ immoderatū ingeniū: in quecūq; p̄uenit: modū non habet. atq;
ideo ſemp ei: aut deeſt aliquid. aut redūdat. Hinc eiuſmodi hoīſ
amor omni tenore corruptuſ. ꝙ non ſolū effrenatiſ cupiditatibuſ
et inexplicabili ſiti haurire auet oīa genera uoluptatiſ: ſed etiā
ꝙ forme iudicio: irrationabili errore diſtrahitur: ignoranſ ueram
pulchritudinē et corpiſ effetam: & eneruē: & fluxā cutē deamāſ.
Nec ſaltem coloratoſ ſole: aut exercitatione ſolidatoſ: & opacoſ
umbra: uel molleſ deſidia: ſed cura nimia modulatoſ artuſ magni/
facit. ¶ Non ſpōte graſſari malitiā: multiſ modiſ conſtat. Nanq;
iniuriam inordinatā paſſionē: et egritudinē mentiſ eſſe ait: unde

liquido arbitratur homineſ nó ſponte ferri. quiſ enim tantú mali
uoluntate ſuſciperet: ut in optima mentiſ ſue ꝑte ſceluſ & flagitiú
ſciens ueheret? Cum ergo poſſeſſio mali ab imprudẽtibuſ capitur:
uſum eiuſ et actioneſ oportet ab ignorantibuſ ſuſtineri. idcircoq;
id peiuſ eſt: q̄ noceri. etenim in iiſ rebuſ nocetur: que ſunt uiliores:
corpiſ.ſ. que uel imminui poſſút: uel fraudibuſ interire: illeſiſ po/
tioribuſ: que ad ipſam attinent animá. ſed eiſ nocere longe peiuſ
eſſe. ex quo intelligi pót: ꝙ animiſ boniſ eo uitio ꝑnicieſ infertur.
pluſq; illi nocet: qui aliú cupit ꝑditum: q̄ illi nocet aduerſum quẽ
talia machinatur. & cú noceri alteri: malorú omniú noxium ſit:
multo grauiuſ ẽ: ſiqui nocet: abeat impune. grauiuſq; & acerbiuſ
eſt omi ſupplitio: ſi noxio impunitaſ differat: nec boíum interim
animaduerſione plectatur. Sed grauiuſ q̄ acerbiſſimoꝝ morboꝝ
carere medicina: medenteſ fallere: nec uri: nec ſecari: eaſ ꝑteſ: quaꝝ
dolore incolumitati reſiduarú partiú cóſulatur. Quare ut optimi
medici cóclamatiſ deſperatiſq; corporibuſ nó adhibent medenteſ
manuſ: ne nihil ꝓfutura ratio doloribuſ ſpatia promulget: ita eoſ:
quoꝝ anime uitiiſ imbute ſút: nec curari queút: medicina ſapiẽtie
emori p̄ſtat. Nam cui nec ex natura: nec ex induſtria: recte ui/
uendi ſtudiú cóciliari pót: uita exiſtimate populo eſſe pellendú.
uel ſi cupido uite eú teneat: oportere ſapientibuſ tradi: quoꝝ arte
quadam ad rectiora flectant. Et eſt ſane meliuſ talem regi: nec
ipm in alioſ habere poteſtatẽ. nec dominari. ſed ſeruire. ipm alioꝝ
adiici poteſtati: parendi potiuſ q̄ iubẽdi officia ſortitum. uirum
peſſimú non ſolú deteriorẽ eẽ dicebat: ꝙ diſtrahat ſemꝑ additióe
uitioꝝ: et ſi deſyderiú eſtibuſ differt. qui q̄to pluriú cupidior ſit:
tãto ſibimet egẽtior: & ꝓpterea aliiſ uideri poteſt. Sperata qppe:
atq; exoptata uix pauca & cum maxima erúna ꝓueniunt. Hiſq;
flagrantioreſ cupidineſ floreſq; ſuccedunt. nec futuriſ tantúmodo
angit maliſ: uerúetiam p̄teritiſ tranſactiſq; torquet: quoſ omneſ
morte ſola ab eiuſmodi maliſ deduci poſſe manifeſtum eſt ¶ Sed
apprime bonoſ: etiá ſine mediocritate. deterrimoſ: paucoſ admodú:
rarioreſq; etiá: ut ipſe ait innumerabileſ eẽ: qui nec plane optimi:
nec oppido deterrimi ſint. Sed q̄i medie morigerati. ſed neq; ſupe/
rioreſ obtinere recta omia. neq; inferioreſ in omibuſ labi. ꝑfecte
ſapientẽ eẽ nó poſſe dicit Plato: niſi ceteriſ ingenio p̄ſtet. artibuſ:
et prudentie partibuſ abſolutuſ: atq; a puero iam imbutuſ factiſ
cógruentibuſ: & dictiſ aſſuetuſ: purgata & effeta aími uoluptate.

eiectiſ ex animo hinc abſtinentia atq; patiētia atq; doctriniſ ex
rerum ſcientia eloquentiaq; uenientibuſ. eum qui per hec ꝓfectuſ
fidēti et ſecuro gradu uirtutiſ uia graderet̄: adeptū ſolidā uiuēdi
rationē repente fieri ꝑfectum. hoc eſt repente p̃teriti futuriq; eui
ultimaſ ꝑteſ attingere: et eſſe quodāmodo in tempa letū. poſt hec
ut hiſ excluſiſ: inſertiſq; et immiſſiſ omnibuſ: que ad beatam uitā
fuerūt: nō ex aliiſ pendere: nec ab aliiſ deferri ſibi poſſe: ſed in ſua
manu eſſe ſapiēſ recte putat. quare nec in ſecūdiſ rebuſ afferet̄: nec
cōtrahitur in aduerſiſ. cum ſe ornamentiſ ſuiſ ita inſtructum ſciat:
ut ab iiſ nulla ui ſegreget̄. Hunc talem nō ſolum inferre. ſed nec
referre quidem oꝑtet iniuriā. Non enim eam cōtumeliam putat:
quā patientia firmiter tolleret. Qua quidē nature lege in animo
eiuſ ſculptum ſit: ꝙ nihil hoꝝ poſſit nocere ſapienti: que opinātur
ceteri mala eſſe. Equidem ſapientem illum: conſcientia ſua fretum:
ſecurū: & cōfidentē: in omni uita dici futurū: ꝙ & oīa accidētia
reputet. et ad melioreſ rationeſ trahat. & ꝙ nihil moroſe uel diffi/
culter excipiat. ſibiq; ꝑſuaſerit pertinere reſ ſuaſ: ad immortaleſ
deoſ. Idem ille diem mortiſ ſue ꝓpitiuſ nec inuituſ expectat: ꝙ de
anime immortalitate cōfidat. Nam uinculiſ liberata corporeiſ:
ſapientiſ anima remigrat ad deoſ. & ꝓ merito uite puriuſ: caſtiuſ
ue tranſacte: hoc ipſo deoꝝ ſe cōditioni cōciliat. Eundē ſapientē
optimū nominat: ac bonū. ac prudentē. recte arbitrat̄. cuiuſ ſane
cōſilia cū factiſ rectiſſimiſ cōgruunt. & cui principia ꝓfecta ſūt a
iuſti ratione. Adhec & ſapientem & fortiſſimū dicit eſſe eum: qui
uigore mētiſ ad omnia ꝑcipienda ſit ꝑatuſ. Inde ē ꝙ fortitudinē
neruoſ animi: ipſaſq; ceruiceſ ait: ut ignauiam aīmi anime ait im/
becillitati eſſe finitimā. diuitē hunc ſolū ꝗdem recte putat: ꝗppe
cum theſauriſ omnibuſ p̃cioſioreſ ſoluſ uideat̄ poſſidere uirtuteſ.
quia etiam ſoluſ ſapiēſ: opeſ pōt in uſibuſ neceſſariiſ regere: uideri
ditiſſimuſ debet. Nam ceteri q̃uiſ ſint opibuſ affluenteſ: tamē ꝙ
uel uſum earū neſciant: uel diducant eaſ ad peſſimaſ ꝑteſ: inopeſ
uident̄. Egeſtatē nanq; nō abſtinētia pecunie: ſed p̃ſentia immo/
deratarum cupidinū gignit. ¶ Philoſophū oꝑtet: ſi nihil indigēſ
erit: et omni fortune cōtumax: et ſupior iiſ que homineſ acerba
toleratu arbitrant̄: nihil ſic agere: q̃ ut ſemper ſtudeat: animam
corpiſ cōſortio ſeꝑare. et ideo exiſtimādā philoſophiā eē mortiſ
affectū: cōſuetudinemq; moriendi. ¶ Bonoſ omneſ inter ſe oꝑtet
amicoſ eſſe. & ſi ſint minuſ noti: et poteſtate ipa: qua moreſ eorum

iectéq; couenıunt:amıcı ſunt habēdı.parıa quıppe:a ſımılıbuſ nó
abhorrēt.unde ınter ſoloſ bonoſ fidē amıcıtıe eē cóſtat. Sapıētıa
amatorē bonı adoleſcentem facıt.ſed eum:quı ꝓbıtate ıngenıı ſıt
ad arteſ bonaſ promptıor. Nec deformıtaſ corporıſ talē poterıt
abıgere appetıtū. Nam cū ıpſa anıma cóplacıta eſt:homo totuſ
adamatur.ſed cū corpuſ expetıť.parſ eıuſ deterıor eſt cordıdure
ıgıtur putandum eſt:eum quı ſıt ıgnaruſ bonoꝝ:cupıdum quoq;
eıuſmodı rebuſ eſſe. Hıſ enım ſoluſ bonuſ deſyderııſ accendıť:quı
bonū ıllud oculıſ anımı uıdet.hoc eſt eſſe ſapıentem. Iſtud quoq;
quonıā quı eſt ıgnaruſ oſor quoq;:nec amıcuſ uırtutū ſıt neceſſe
eſt. Nec fruſtra hıc talıſ amator eſt turpıum uoluptatū. Sapıenſ
nó mó mere uoluptatıſ quıdē:alıcuıuſ gratıa:uenıet ad agēdum:
nıſı p̄ſto fuerınt honeſta emolumēta uırtutıſ. Hunc eūdem cum
huıuſmodı uoluptate oꝑtet uıtā uıuere honeſtā.et admırabılē.
plenāq; laudıſ:& glorıe.neq; haꝝ modo rerū cauſa ceterıſ omıbuſ
preferrı:uerū etıā ıucundıtate et ſecurıtate ſolum & ſemꝑ:fruı.nec
angeť carıſſımıſ orbatuſ affectıbuſ:uel ꝙ ex ſe omnıa ſunt apta:
que ad beatıtudınē pergunt.uel ꝙ decreto et lege recte ratıonıſ
ınterdıcıť eıuſmodı affuctatıo. Sed neq; obıtuſ cauſa lamētatıo/
neſ ſuſcıpı oportet:ſı ſcıamuſ ıllum:neq; alıquıd malı paſſum:ac ſı
bone fuerıt uolūtatıſ etıā melıorıbuſ aggregať.neq; enım alıenı
gratıa ut quı ın ſe reponıt oía. Igıť ſapıēſ nó erıt trıſtıſ. Sapıētıe
fınıſ eſt:ut deı merıtıſ ſapıēſ prouebať. Hancq; futurā eıuſ oꝑam
ut emulatıone uıte ad deoꝝ actuſ accedat. Verum hoc eı poterıt
ꝓuenıre:ſı uırū ꝑfecte ıuſtum.pıum.prudētem.ſe prebeat.unde
non ſolū ın ꝓſpectandı cogıtatıone. uerū etıā agendı oꝑa:ſequı
eum conuenıt:que dııſ atq; homınıbuſ ſınt probata.quıppe cum
ſummuſ deoꝝ cūcta hec nó ſolum cogıtatıonū ratıóe cóſyderet.
Sed prıma:medıa:et ultıma obeat.cópertaq; ıntıme prouıdentıe
ordınatıonıſ unıuerſıtate et cóſtantıa regat. Verū enıuero ıllud
omıbuſ beatū uıderı:cuı et bona ſuppetūt:& quēadmodū carere
uıtııſ debeat:callet. Vna quıdem beatıtudo eſt:cū ıngenıı noſtrı
p̄ntıa tutamur:que ꝑfıcımuſ.alıa cū ad ꝑfectıonē uıte nıhıl deeſt:
atq; ıpſa ſumuſ cótemplatıone contentı. Vtrarūq; autē felıcıtatū
orıgo:& ex uırtute manat.et ad ornamētum quıdē genıalıſ locı
ē:uel uırtutıſ:nullıſ extrıſecuſ:eoꝝ que bona dıcımuſ:admınıculıſ
ındıgere. Ad uſum autem uıte cómunıſ:corporıſ cura:et eoꝝ que
extrınſecuſ uenıunt:p̄ſıdııſ opuſ eſt:ıta tamen:ut hec eadē fıant

uirtute meliora: eiuſq; ſuffragio beatitudinis commodiſ copulētur.
ſine qua: hec in boniſ minime ſunt habēda. Nec fruſtra eſt: ꝙ ſola
uirtuſ fortunatiſſimoſ poteſt facere: cū abſq; hac ex aliiſ proſpiſ
nō poſſit felicitaſ inueniri. Sapientē q̄ppe pediſſequū & imitatorē
dei dicimuſ. & ſequi arbitramur deū. ideſt. τὸν θεόν. non ſolū aūt
oportet: dum uitam colit: digna diſcere. nec ea agere: que eorum
maieſtati diſpliceant: uerū & tūc cum corpuſ relinquit. quod nō
faciet inuito deo. Nam et ſi in eiuſ manu eſt mortiſ facultaſ: q̄uiſ
ſciat ſe terreniſ relictiſ conſecuturū eſſe meliora: niſi perpetiendū
iſtud lex diuina decreuerit: accerſire tamē eum mortē nō debere.
et ſi anteacte uite ornamenta cohoneſtant. Honeſtiorem tamē
eſſe: et ſecūdi rumoriſ op̄tet: cum ſecuruſ de poſteritatiſ ſue uita:
ad immortalitatem animam ire ꝑmittit. eoq;: ꝙ pie uixerit: p̄capit
fortunatorū habitaturam locū in deoꝝ choreiſ. Semideūq; per/
mixtā. De ciuitatū uero cōſtitutiōe: de obſeruatiōe regendaꝝ
rerū publicarū: Ita iubet Plato: iam principio ciuitatiſ diffiniuit
formam ad hunc modum. ciuitatem eſſe coniunctionem hominū
plurimorum. in quibuſ ſunt regenteſ: alii citerioreſ: coniūcti inter
ſe concordia: et inuicem ſibi opem: atq; auxilium deferenteſ: iiſdē
legibuſ: rectiſ tamen: offitia ſua temperanteſ. unamq; ciuitatem
iiſdem menibuſ illam futuram. et eadem uelle: et nolle incolarum
mentem aſſueuerunt. Quare ſuadendum fundatoribuſ rerū pub/
licarum: ut uſq; ad id locorum: plebeſ ſuaſ ab eodem eidem rectori
noti eſſe poſſint: nec ſibimet incogniti. ſic enim fiet: ut omneſ una
mente ſint: equumq; ſibi factum uelint. magnam ſane ciuitatem
nō habitantium multitudine: eorumq; magiſ uiribuſ uti oportet.
Vireſ enim: nō corpiſ: nec pecunie collectaſ: dominatiōe multoꝝ
eſtimandaſ putat: cum uecordia impotentiaq;: ſed cum decreto
communi uirtutibuſ omnibuſ ornati uiri: incole: et omneſ fūdati
legibuſ obſequūtur. ceteraſ uero: que non ad hunc modum forēt
cōſtitute: non arbitrabatur ſanaſ ciuitateſ. Eaſ demum fundataſ
ratione dicebat eſſe: que ordinate ad inſtar animarum forent. ut
parſ optima: que ſapientia: prudentiaq; precellit: imperaret mul/
titudini. et ut illa totiuſ habet curam corpiſ: ita prudētie delectuſ
tueatur. uniuerſe commoda ciuitatiſ. Fortitudo etiā parſ uirtutiſ
ſecūda: ut ui ſua appetentiam caſtigat: et reprimit: ita in ciuitate
uigilet. excubitorum loco quidem militet iuuentuſ: pro utilitate
cunctorum. ſed inquietoſ & indomitoſ ac ꝓpterea peſſimoſ ciueſ

refrenet.contineat.ac ſi neceſſe ſit:frangat:potioriſ cum conſilii.
diſciplina.Illam uero deſyderioꝝ tertiā partem plebi:et agricoliſ
parem dicit.quam exiſtimat moderatiſ utilitatibuſ ſubſtinēdam.
At enim rēpublicā.negat poſſe cōſiſtere niſi iſ:q imperat:habeat
ſapiētie ſtudium:aut iſ ad imperandum eligatur:quem eſſe inter
omneſ ſapientiſſimum conſtet. et huiuſcemodi moribuſ cunctoſ
ciueſ imbuēdoſ eē dicit:ut iiſ in quorum tutelam atq; fidem reſ/
publica ulla credatur:auri atq; argenti habendi cupido nulla ſit.
Nec ſpecie cōmuni:priuataſ opeſ appetant.nec huiuſmodi hoſ/
pitia ſuccedant:ut ceteriſ ianua nō recluſa:ciboſ:uictumq; ita ſibi
curent:ut acceptam mercedem ab iiſ quoſ protegunt:cōmunibuſ
epuliſ inſumant. ¶ Matrimoniaq; non priuatim maritanda eſſe:
ſed fieri communia diſponentibuſ ipſiſ eiuſmodi nuptiaſ:publice
ciuitatiſ:ſapientibuſ:et magiſtratibuſ:& ſorte quadam ei negotio
p̄ditiſ:idq; p̄cipue curantibuſ:ne diſpareſ ſui:uel inter ſe diſſimileſ
copulentur. Hiſ aduertitur utiliſ:neceſſariaq; cōfuſio:ut ꝑmixta
nutrimenta puerorum:ignotorum:ad hec agnitioniſ parentibuſ
afferat difficultatem:ut dum ſuoſ liberoſ neſciunt: omneſ:quoſ
uiderint eiuſ etatiſ:ſuoſ credant.et ueluti communium liberorum
omneſ omnium ſint parenteſ.hec ipſorum connubiorum queritur
tempeſtiua coniunctio:cuiuſ futuram ſtabilem fidem credit.ſi cū
harmonia muſice dieꝝ cōſonent numeri.et qui de talibuſ nuptiiſ
erunt orti:ſtudiiſ cōgruentibuſ imbuentur.et optimiſ diſciplinīſ:
cōmuni p̄ceptorum magiſterio docebunt:nō uirile tantūmodo:
uerū etiam feminaꝝ q̃ſ uult Plato om̄ibuſ ꝑtibuſ:que ꝓprie uiroꝝ
putātur:coniungendaſ eſſe:bellicīſ etiam:ꝗppe cū utriſq; natura
una ſit:eandem eſſe uirtutē.Eiuſmodi ciuitatē nulliſ extrinſecuſ
latiſ legibuſ indigere.regia ꝗppe prudētia:et eiuſmodi inſtitutiſ:
ac moribuſ:quibuſ dictum eſt:fundata:ceteraſ legeſ nō requirat.
Et hanc quidem:ut figmentum aliquod ueritatiſ exempli cauſa
ꝑ ſe compoſitam uult eſſe rempublicā. Sed et alia optima q̄dem:
& ſatiſ iuſta:et ip̄a quidem ſpecie:et ditiſ cauſa ciuitatiſ fabricata:
non ut ſuperior ſine euidenti . Sed iam cum aliqua ſubſtantia:in
hac non ſuo nomine:et de ſtatu:et de cōmodo ciuitatiſ requirēſ
originiſ eiuſ principia:et fundamenta diſponit.ſed eo tēdit:quē/
admodū ciuiliſ gubernator eiuſmodi locū cōuētuſq; multitudinū
nactuſ iuxta naturam preſentium rerum:et cōuenarum:debeat
facere ciuitatem:plenam bonarum legum:et moꝝ bonorum. In

hac equidem eaſdem puerorum nutricatiõeſ. eaſdẽ uult eſſe artiũ
diſciplinaſ: ſed in cõnubiiſ et partubuſ ac domibuſ deſciſcit a ꝓriſ
obſeruatiõe reipublice matrimonia priuata: et ſingularia faciẽſ
pro quoq; ipſorum. Et ſi in contrahendo matrimonio conſulere
uoluntatem ſuam debeant: uniuerſe tamẽ ciuitatiſ principibuſ ut
communiſ commodi cauſam decernit ſpectandam eſſe. Quare et
duceſ: inferioreſ nuptiaſ non recuſent. et locupletium: conſortium
inopeſ conſequantur. et ſi uireſ opum congruunt: ingenia tamen
diuerſa miſcẽda eẽ: ut iracũdo tranquilla iungat᷑. & ſedato homini
incitatior mulier applicetur: ut talibuſ obſeruationum remediiſ:
ſoboleſ natura diſcrepãte cõfecta: mox ꝓuentu meliore coaleſcat.
et ita compoſitarum domorum opibuſ ciuitaſ augeat᷑. ¶ Domoſ
uero et poſſeſſioneſ habeant priuataſ: ut queũt ſinguli: que quidẽ
nec in immenſum augeri per auaritiam: nec prodigi per luxuriã.
aut deſeri per negligentiam ſinit. legeſq; ciuitati huic promulgari
iubet: et legũ moderatorẽ: cũ aliq̄d tale cõcipiet: ad contẽplandaſ
uirtuteſ hortat᷑. Hi taleſ cõplectent᷑ ꝓximoſ. honoreſ cuſtodient.
intẽperantiam arcebũt. iniuriã refrenabũt. prudentie ornamẽtiſ
ceteriſq; honoreſ maximoſ deferẽteſ. Nec temere multitudo cõ/
uolet ad eiuſmodi rerũ publicarũ ſtatuſ: niſi qui optimiſ legibuſ:
et egregiiſ inſtitutiſ fuerĩt educati: moderati erga ceteroſ: inter ſe
cõgruenteſ. ¶ Quattuor culpabilium ciuium genera ſunt. unum
eoꝝ qui ſunt honore p̄cipui. alterũ paucoꝝ: peneſ quoſ rerum eſt
poteſtaſ. Tertiũ omniũ. Vltimum dominatiõiſ tyrãnice. et p̄mũ
quidem fit. cũ prudẽtioreſ uiri per magiſtratuſ ſeditioſoſ ciuitate
pellunt᷑. deferturq; ad illoſ poteſtaſ: qui ſunt manu tãtummodo
ſtrenui. nec ii: qui blandiore conſilio agere reſ poſſint: adipiſcunt᷑
iam iam imꝑii facultatem: ſed qui turbidi uiolentiq; ſunt. paucoꝝ
uero ſtatuſ obtinetur: cum inopeſ criminoſi multi ſimul paucorũ
diuitum potentie ſubiacenteſ dederint ſe: atq; ꝑmiſerint. om̄emq;
regẽdi poteſtatem: nec moreſ boni ſed opulẽtia fuerit cõſequuta.
Populariſ aũt factio roboratur: cũ inopſ multitudo obtinuerit
aduerſuſ diuitum facultateſ: lexq; iuſſu populi fuerit ꝓmulgata:
ut ex equo liceat om̄ibuſ honoreſ capeſſere. Ad hec tyranniſ illa
ſingulare dominationiſ caput tũc oritur: cum ciuiſ :q legeſ cõtu/
matia ſua ruperit: ſimili legum coniuratione adoptatuſ impium
inuaſerit: cõſtituẽſ deincepſ: ut om̄iſ ciuium multitudo deſyderiiſ
eiuſ et cupiditatibuſ: parenſ: obſequiũ ſuũ tali fine moderetur.

COnſideranti mihi: et diligẽtius intuẽti: et ſepe
alias Fauſtine: mihi uirtutis indagatrix: ex/
pultrixq; uitiorum: diuinarum pticeps rerũ:
philoſophia uidebatur. et nunc maxime: cum
nature interp̃tationem: et remotaꝝ ab oculis
rerum: inueſtigationem ſibi uendicet. Nam
cũ ceteri: magnitudine rei territi: eiuſmodi la/
borem arduum: et ꝓfundum exiſtimarent. Sola philoſophia ſuũ
non deſpexit ingeniũ. nec indignam ſe exiſtimauit: cui diuinarũ:
et humanarũ rerũ diſceptatio deferat̃. Sed condiſcere: ac docere
tam bonas res: et eiuſmodi opera: cum ingenuitate profeſſionis
ſue: credidit. et cõgruere iſtiuſmodi curam talibus ſtudiis: et mo/
ribus. Nam cum mundi penetralia homines adire non poſſent: ut
e terreno domicilio illas regiones inſpicerent: philoſophiam ducẽ
nacti ſunt. eiuſq; imbuti inuentis: animo peregrinari auſi ſunt per
celi plagas: his itineribus: que exploratione acuminis ſui: peruia
ſapiẽtie: ſolis cogitatiõibus uideãt. ut cũ ipſius interualli cõditiõe:
a mũdi uicinia: natura nos ſecretos eẽ uoluiſſet: immenſitati tamẽ
eius uolucriq; curriculo cogitationum noſtrarum: nos pernicitas
intimaret. Facillimeq; ea: de quibus origo eius eſt: anima diuinis
oculis ſuis aſpexit. et agnouit alius etiã eius ſcientiã tradidit. ueluti
prophete quidam qui dum deoꝝ maieſtati complecti ſũt: effant̃
ceteris: que diuino beneficio ſoli uident. Quare et eos: qui nobis
unius ingenia qualitateſq; deſcribũt: aut menia urbis: aut alicuius
amnis fluẽta: aut amenitates: & magnitudines mõtiũ: alia multa
deſcripta ab aliis pleriq; ſtudioſe legunt. Nyſe iuga: et penetralia
Cirrhi: & olympi ſacra: et oſſe ardua: & alia huiuſcemodi: ſola dũ/
taxat: et ſingula: extollunt. quorum miſeret me: cũ tantope: nec
magnis: et oppido paucis: inexplebili admiratione capiunt̃. hec
illis euenire adeo non eſt admirabile: cũ nihil maius ſuſpexerint.
neq; ad aliquid intẽderint: quod maiore diligẽtia contẽplandum
eſſet. Ceterum ſi terrarũ orbem: omnẽq; mũdum: contẽplari pariter
aliquando potuiſſent: minus exiguas eius: et ſingulas ptes: dignas
laudibus credidiſſẽt. qbus eſſet uniuerſitas comp̃henſa. Quare nos
Ariſtotelẽ prudẽtiſſimũ et doctiſſimũ phõrum: & Theophraſtũ
autorem ſequuti: q̃tum poſſumus cogitatiõe contingere: dicemus

de omni hac celeſti ratione: naturaſ et offitia complexi. et cur: et queēadmodum moueant̄: explicabimuſ. ¶ Munduſ omniſ ſotietate celi & terre cōſtat: et eoꝝ naturiſ: que utriuſq; ſunt. uel ſic: mūduſ eſt ornata ordinatio. dei munere. deorū recta cuſtodia. cuiuſ car/dinem. ſic enī dixerim centrū. robuſtū. et incontingibilē genitrix atq; altrix animantiū oīum habet telluſ: ſupniſ omībuſ ut uideri pōt aeriſ liq̄ditate: ad modū tegminiſ ſeptiſ & opertiſ. ultra deoꝝ domuſ eſt. quod uocamuſ celū. qđ q̄dem diuiniſ corpibuſ honuſtū uidemuſ. ignibuſ pulcherrimiſ. et plucidiſ ſoliſ & lune: et reliquorū ſiderū: cum q̄buſ fertur per orbem. dierū noctiūq; curriculiſ. agenſ ſtellarū choroſ intimo lapſu: finem nulla eui defectiōe factura. Sed cū oīe celum ita reuoluatur ut ſphera: ipm tamē radicibuſ oportet teneri. quaſ diuina machinatio uerticibuſ affixit. ut in tornādo artifex ſolet forcipe materiam ſolā reciproco uolumine rotundare. Eoſ poloſ dicimuſ. a quibuſ uelit a cardinibuſ directio quedam profecta: axiſ eſt ductuſ: diuiſor & diſcriminator mūdi: orbem terre in medietate conſtituenſ. Verū hi uerticeſ quoſ im/mobileſ diximuſ: ita ſunt: ut ſupra caput alter appareat ex parte boree: q ſeptentrionaliſ uocat̄. Alter antarcticuſ humo tegitur: humidiſ & auſtriniſ uaporibuſ molliſ. ſed celū ipm ſtelleq;: oīſq; ſyderea compago ether uocatur. non ut q̄dam putant: ꝙ igneuſ ſit & intenſuſ: ſed ꝙ curſibuſ rapidiſ ſemꝑ rotetur. elementum uero unū ex quattuor que nota ſunt cūctiſ. Sed longe aliud: numero q̄ntum. ordine primū: genere diuinū. et inuiolabile. Iam aſtrorū innumerabiliſ multitudo ꝑtim labitūr. cū orbiſ in erranti regiōe: quē circulorum ambit ſignifer: obliqua complexione circūdatuſ: et ſigniſ duodecim illuminatuſ. partim errantibuſ ſtelliſ: que neq; prioꝝ motuſ habent: nec ſane inter ſe ſimilē & equalem. ſed affixe diuerſiſ globiſ inordiate. ut ſic dixerim: ordinē ſeruāt. alieq; ultra ſunt: alie citra ſtelle: que ꝓpter naturam eiuſmodi: nulliſ credun/tur erroribuſ uage. et infinitoſ numero gregeſ ducunt. et ſimplex etheriſ dorſum. alma & ſacrata amenitate luciſ coronant. Septem uero deorum nominibuſ illuſtreſ. totidem orbibuſ affixe ſunt. et gradatim ſibimet ſuplate: ut ſupior inferiore ſit maior. ac uiciſſim mutuiſ adheſiōibuſ nexe: complexu illiuſ: que inerrabiliſ dicitur: continentur. Hic Phenoniſ globuſ: quē appellamuſ Saturnum. poſt quē Phetontiſ ſecunduſ eſt. quē Iouē dicimuſ. et loco tertio Pyroentiſ. quem multi Herculiſ: plureſ Martiſ ſtellam uocant.

Hanc ſeq̄tur Stilbon: cui q̄dam Apollinis: ceteri Mercurii nomē dederūt. Quītuſ Phoſphoruſ iunonia. īmo Veneriſ ſtella cenſet̄. Deinde ſoliſ eſt orbiſ. et ultima omnium luna: altitudiniſ etheree principia diſcriminanſ. que diuinaſ & immortaleſ uiuacitateſ igniū paſcenſ. ordinatiſ ac ſemper equalibuſ inuectionibuſ ſoluitur. atq; reparatur. Poſt eā uero parſ eſt: que ſancti etheriſ finibuſ coerce/tur: cuiuſ menſu appenſuq; diſtincta ē natura immutabiliſ regio. et mortaliſ. ac iam pene terrena: cuiuſ prime ſūt parteſ tenuioreſ et uaporate. quippe cum finitimiſ etheriſ attingantur ardoribuſ: quantū maximiſ parua: et q̄tum rapidiſ poſſunt pigriora cōtingi. Sed ex ea parte: qua curriculiſ finitimi inurit̄ ſoliſ eiaculari. atq; emicare flamme quedam: oſtendere ſe oculiſ noſtriſ uidētur. quaſ greci cometaſ. et docidaſ. et bothynoſ appellant: quaſq; labi & fluere frequenter uidemuſ. lucere faciliuſq; reſtingui. Exinde in/ferioriſ aeriſ qualitaſ turbidior infunditur: cui pmixtuſ ē glacialiſ rigor. ſed ſuperior uicinia claritatiſ: et propinqui caloriſ afflatu niteſcit. ac ſinceriore interdū luce ueſcitur. Huiuſ ſepe mutabiliſ conuertitur ſpecieſ: cum ſit natura uariabiliſ in nubeſ cogitur. et reciprociſ flabriſ aperitur. et hymbribuſ uehementibuſ rumpitur. niuibuſ etiam & glacie inhorreſcit. et precipiti grandine deſuper uerberatur: turbine. flatibuſ. typhonumq; conflictu. fit procelloſa: ſed teliſ fulminum & miſſilium celeſtium iaculiſ igneſcit. Aeri terra cōiungitur. eaq; in ſe ſuſcipit maria. ſed frequentatur animātibuſ. ſed fontium peremnitate recreatur. Hec fluminū frigidoſ lapſuſ. nūc exterioribuſ terriſ uehit. modo profundo in maria confūdit. eadem infiniti coloriſ floreſ. altitudine montium. camporumq; eq̄litate. nemorum opacitate uariatur. ſinuoſiſ inflexa littoribuſ: diſtincta inſuliſ. uilluliſ. urbibuſq; collucenſ: quaſ ſapienſ genuſ homo cōmunibuſ uſibuſ fabricauit. ❡ Nec ſum neſciuſ: pleroſq; huiuſ operiſ autoreſ terrarū orbem ita diuiſiſſe: partē eiuſ inſulaſ eſſe. partem uero continentem uocari. neſcii omēſ hanc terrenam immenſitatem atlantici mariſ ambitu coerceri. Inſulāq; hanc unā eſſe cum inſuliſ ſuiſ omībuſ. nam ſimileſ huic aliaſ: et aliaſ minoreſ circunfundit oceanuſ. que tamē merito uidentur ignote: cum ne hanc q̄dem: cuiuſ cultoreſ ſumuſ: omēſ peragrare poſſimuſ. Nam ſicut he inſule īterfluunt: que ſūt in noſtro mari: ita ille uniuerſo ſalo fretiſ latioribuſ ambiuntur. ❡ Elementorum inter ſe mutui nexuſ arctiſ affinitatibuſ implicantur. et quinq; cōiugeſ copule

biſ ordinate uicibuſ attinentur: ut adhereant etiam grauioribuſ leuiora. aquā in ſe habet telluſ. et aqua ut alii putant: uehit terram. aer ex aqua gignitur. igniſ ex aeriſ condenſitate conflatur. ether uiciſſim: igneſq; illi immortaliſ dei uiuacitate flammantur. Huiuſ diuini igniſ origine incenſi: per totiuſ mundi conuexa: illuſtribuſ facibuſ igneſcunt ſuperna. Quapropter dii ſuperaſ ſedeſ habēt. infima ceterorū aīantium terrena poſſident. et erūpunt. et ſcatent flumina. fōteſ & maria. que meatuſ: et lacunaſ: et origineſ habent in gremio terre. ¶ Nebula cōſtat. aut ex ortu nubecule. aut ex eiuſ reliquiiſ. eſt autē exhalatio uaporata. humore uiduata: aere craſſior. nube ſubtilior: cui ſerenitaſ abolitionem infert. Nec aliud ē ſerenitaſ: q̄ aer purgatuſ caligine. et ꝑſpicue ſinceruſ. Roſ uero nocturnuſ humor eſt: quem ſerenitaſ tenuiter ſpergit. Glaciem dicimuſ humorem: ſereno frigore concretum. Huic eſt pruina conſimiliſ: ſi mollicieſ roriſ matutiniſ frigoribuſ incanuit. Ergo aer actuſ in nubem: nubilū denſet. et ea craſſitudo aquarū fetu grauidatur. hymber exprimitur: cum inter ſe urgentur nubium denſitateſ. totq; diuerſitatibuſ pluuie cadunt: quot modiſ aer nubium conditionibuſ cogitur. Raritaſ enim nubium ſtillicidia diſpergit. Que concrete uehemētiuſ effundunt agmina largiora. et eaſ aquaſ. quaſ hymbreſ uocamuſ. a quibuſ hoc differūt nimbi: ꝙ pluuia iugiſ eſt. Nimbuſ autem quanto repentinior eſt: tanto uehementior. et quāto improuiſior & precipitatior ē: tanto breuiore caſu reſtingitur. Niueſ autem colligi iactatione denſarum nubium cōſtat. nam priuſ q̄ in aquam defluant: fracte ac diſciſſe ſpumaſ agitationibuſ ſuiſ faciunt. et mox gelatuſ humor rigore frigoriſ inhorreſcit. hec uictiſ nubibuſ crebrior ad terram uenit.

Nunc nomina exequemur. regioneſq; uentorū: euroſ orienſ: boreaſ ſeptentrio: occidenſ zephyroſ: auſtroſ mediuſ dieſ mittit. Turbo enim dicitur. qui repentiniſ flabriſ proſilit. atq; uniuerſa perturbat. Vortex ille eſt: uel uti dicitur pinea: cum torquetur humuſ arida. et ab infimo erigitur ad ſummum. Anaphyſemata greci uocant eoſ ſpirituſ: qui de fundo uel hiatibuſ terre exploſi: ad ſuperna mariſ ſolent deuenire. hi cum maiore ui torti ſunt: fit procella: et a greciſ preſter nomen accepit. Sed cū tormentū illud ire pergit: denſaſq; & tumidaſ nubeſ preſagit: coactaſq; collidit: fit ſonituſ & intonat celum: non ſecuſ. ac ſi cōmotum uentiſ mare cum ingenti fragore undaſ littoribuſ illidat. Nunc de nubium

preſagiſ referam: quãdo illa profecta nubecula patefecerit celũ: ignеſcũt penetraleſ ſpũſ. emicatq; lux clara. hoc dicitur coruſcare. et ordine quidem priuſ tonare oportet: poſtea coruſcare. qppe ut ignis fertur ad ſaxa attrita. obtutuſ ueIociuſ illuſtriora cõtingit. auditus dũ ad aureſ uenit: ſeriore ſenſu cõcipit. ita priuſ coruſcare celũ creditur. et mox tonare. tũ qa igneſ pnicitate ſui coruſcãteſ: dicto citiuſ noſtre uiſioni occurrunt. ſonuſ uero uerberati aeriſ ſeriuſ indicio ſentitur. Flãma uero illa quã nubiũ conflictuſ ex/cuſſit: ſi robuſtiore fuerit incendio: impetu deuehitur in terraſ. et fulminiſ habet nomẽ. atq; formidinẽ habet. Preſteraſ uero noĩa/muſ: cũ flãmaꝝ in illiſ minuſ fuerit. ſed ſi ignitũ nõ fuerit fulmẽ: typhon uocat̃. Sceptoſ generale omĩbuſ que de nubibuſ cadunt: nomẽ eſt. Irin uulgo arquum eſſe aiunt. qñ imago ſoliſ uel lune: humidã & cauã nubẽ denſãq; ad inſtar ſpeculi: colorat & medie/tatẽ orbiſ eiuſ ſecat. Rhabdoſ aũt generiſ eiuſdẽ. ad uirge rigorẽ. per longum colorata nubecula dicitur. Alyſiſ eſt cathena quedã luminiſ clarioriſ. per ſoliſ ambitum in ſe reuertenſ. Selaſ aũt greci uocant incenſi aeriſ lucem. Hoꝝ pleraq; iaculari credaſ. alia labi. alia ſtare. Iaculatio igit̃ tũc fieri putat̃: cũ meatu aque impulſe. generatuſ igniſ celeritatẽ ſui: curſumq; rapide feſtinatiõiſ oſtẽdit. Statiua lux ẽ: quã ſterigmon illi uocãt: ſine curſu iugi: ſed plyxa lux. ſtelleq; fluor. ignituſq; liquor. qcunq; latiuſ pãditur: cometeſ uocat̃. Sed plerũq; luceſ iſte repentino orte. ſtatim occidũt ¶ Sed non aquarũ tm̃modo telluſ in ſe habet fonteſ. uerũ ſpiritu & igni fecũda eſt. Nã qdam ſub terra oculti ſunt ſpũſ. et flanteſ incẽdia itidem ſuſpirant. Illi etiam igneſ: qui terre ſecretariiſ continentur: pretereunteſ aquaſ uaporant: et prodũt. longinqtate enim flãme tepidioreſ aquaſ reddũt. uicinia feruentioreſ. Appoſito incendio aque utũtur: ut flegetontiſ amniſ: quẽ poete ſciũt in fabulaſ infe/rorũ. Sepe accidit: ut ſtatim ſpũſ p terre cõcauaſ parteſ erranteſ: continerent ſolida terrarũ. ſepiuſ ut ſpirituſ creſcente uiolentia: et inſinuãteſ ſe telluriſ anguſtiiſ: nec inuenienteſ exitũ: terram mo/uerẽt. Hiſ paſſiõibuſ cõtingit: ut quedam terre expirent halituſ: alie uomãt ſaxa: nõnulle etiã ſunt: que fonteſ pariũt inſolẽtibuſ lociſ: pegrinorũ fluminũ ſaltanteſ uiaſ. Iſti ſunt motuſ: qbuſ ſolũ quatitur. Palmatie uero appellantur: quorũ pauitatiõe illa que trepidant: ſine inclinationiſ periculo nutant: cũ directi tñ rigoriſ ſtatum retineãt. Miceciaſ uocatur tetri odoriſ inqetudo terrena.

Audiuntur mugituſ. interioribuſ gemitibuſ expreſſiſ. cum ſpirituſ inualiduſ ad terram mouendā: p aperta telluriſ inuentiſ itineribuſ fertur. ¶ Hiſ talibuſ marina ſunt paria: cū fluctuū concurrentiū mole: nunc pgreſſibuſ littora: nunc recurſibuſ ſinuſ ceſi quatiūtur. Sentitur etiam celi mariſq; cognatio: cum menſtruiſ curſibuſ lune decrementa: et acceſſuſ fretorum atq; eſtuum deprebenduntur. Verum eninuero: ut q̃tenuſ poſſum de uniuerſitate quod ſentio: breuiter abſoluam. Elemētorum inter ſe tanta diſcordia eſt: aeriſ mariſ atq; terre: ut admirari minuſ deceat: ſi illiſ incommoda ſo/leant: atq; ſecunda contingere. particulatim quidem rebuſ ortuſ. atq; obituſ afferēteſ. uniuerſitatē uero fine atq; initio uindicāteſ: et quibuſdam mirum uideri ſolet: ꝙ cum ex diuerſiſ: atq; inter ſe pugnātibuſ elemētiſ mundi natura conflata ſit: aridiſ atq; fluxiſ. glacialibuſ. et igniiſ. tanto rerum diuortio. nondū ſit eiuſ morta/litaſ diſſoluta. qbuſ illud ſimile ſatiſfaciet: cum in urbe ex diuerſiſ et contrariſ corporata rerum inequalium multitudo concordat. Sunt enim pariter diuiteſ. et egenteſ. adoleſcenſ etaſ permixta ſe/nioribuſ. ignaui cū fortibuſ. peſſimi cum optimiſ congregati. aut profecto fateātur banc eſſe ciuiliſ ratiōiſ admirandā tempantiā: cum qdem de plurimiſ una ſit facta: et ſimiliſ ſui tota. cū membra diſſimilia ſint. receptrixq; ſit naturarum ad diuerſa tendentium. et fortunarū per uarioſ fineſ: exituſq; pergentium: et contrariorum per ſe natura flectitur. et ex diſſoniſ fit unuſ idemq; conſenſuſ. ſic maſ & femina ſecū iungūtur. ac diuerſuſ utriuſq; ſexuſ ex diſſimi/libuſ ſimile aīal facit. Arteſq; ipe naturam imitanteſ: ex impibuſ paria faciūt. pictura ex diſcordibuſ pigmētorum coloribuſ. atriſ. albiſ. luteiſ. et puniceiſ: cōfuſione modica temperatiſ: imagineſ biſ que imitatur: ſimileſ facit. Ipaſq; muſica: que de lōgiſ & breuibuſ acutiſ & grauioribuſ ſoniſ conſtat: tam diuerſiſ & diſſoniſ uocibuſ barmoniam cōſonam reddit. Grammaticorum arteſ unde queſo? cum ex diuerſiſ collecte ſint litteriſ: ex qbuſ alie ſint inſone: alie ſemiſonanteſ: tamē mutuiſ ſe auxiliiſ adiuuāteſ ſyllabaſ pariunt. et de ſyllabiſ uoceſ. Sic totiuſ mundi: ſua inſtantia initioꝝ inter ſe impareſ cōuentuſ: pari nō diſcordante conſenſu: natura ueluti muſicam temperauit. Nanq; liqdiſ arida: et glacialibuſ flammida: uelocibuſ pigra: directiſ obliqua confudit: unumq; ex oīmibuſ: et ex uno oīa iuxta Heraclitum conſtituit. Principiorum igitur conſenſuſ ſibi concordiam peperit. Perſeuerantiam uero amicicie

inter ſe elementiſ dedit. ſpecierum ipſarum partitio. et dū in nullo
alia ab alia uincitur mō. uel poteſtate eq̄liſ. qppe oīum diuerſitaſ
grauiſſimoꝝ & leuiſſimorū: feruentiū & frigidoꝝ: docente ratione
nature. diuerſiſ licet rebuſ equalitatem deferre cōcordiam. om̄ia
parentiſ mūdi amenitatē eternitatēq; repperiſſe. Quid enī mūdo
preſtātiuſ? Lauda quā putaſ ſpēm: portio a te laudabitur mūdi.
admirare quā uoleſ temperantiā. ordinationē. figuram. hic et ꝑ
hunc illud quodcūq; eſt: inuenitur eē laudandū. Nam qd oro te
ornatū atq; ordinatū uideri poteſt: quod non ab ipſiuſ exemplo
imitatura ſit ratio? Vnde coſmoſ grece nomen accepit. Euntibuſ
ſole atq; luna ceteraq; luce ſyderea ꝑ eaſdē uiaſ: cuſtoditiſ tēporū
uicibuſ. nec ulliuſ tēporiſ interiectiōe cōfuſuſ: digerunt᷑ tempora.
et rurſuſ incipiunt. Atq; pulchre & fecunde hore ꝓcreantur: nunc
eſtiuoſ uaporeſ reſoluēteſ. nūc pruinaſ hyemiſ circūferenteſ: dierū
etiā noctiūq; curriculiſ ordiūtur menſeſ. texūt annoſ. anni ſeriem
conficiunt ſeculorū. Et qdem hic munduſ magnitudine immēſuſ.
curſibuſ rapiduſ. ſplendore ꝑluciduſ. ualenti habitudine. puberāte
iuuenili. Hic aīalium natantiū: atq; terreſtrium: pennigerorū:
cūctorūq; diſtinxit genera. in ſpecieſ ſeꝑauit. fixitq; legeſ uiuēdi
atq; moriendi: ex hoc aīmantia uitaliſ ſpirituſ ducūt. illiſ ſtatutiſ
curſibuſ temporū euentuſ. q admirationi eſſe ſolent. cū uel inter ſe
cōcutiunt᷑: uel directiſ nubibuſ fulmina. celū & tēpeſtateſ inter ſe
ſerene: hyberneq; cōfligūt. micāt hymbreſ. igneſ rūpunt᷑. et rurſuſ
placatiſ om̄ibuſ amena leticia mūdi reſerat᷑. uideaſ & uiridantibuſ
comiſ ceſariatā eſſe terram. et ſcatebriſ fontiū manantē. et aquaꝝ
agmina cōcipientem. pariētem. atq; educātem. nec occaſibuſ fati/
gari: nec ſecundiſ excuſſam erūpentibuſ ſꝑ tā pigriſ: q̃ mouētibuſ
fecibuſ aquarū. ſepe alluuiōibuſ merſam. flāmaꝝ ꝑ ꝑteſ uoracitate
cōſumptam: que tn̄ cū regionaliter uideant᷑ eſſe peſtifera: ad oēm
ſalutaria ſunt. et ad redintegrationem eiuſ ualēt. et cū mouetur:
ꝑfecto ſpirat illoſ ſpūſ: qbuſ clauſiſ & effugia querentibuſ: moue/
batur. hymbribuſ etiā madefacta: nō ſolum ad educandoſ fetuſ
ſuoſ opimat᷑: uerū etiā peſtifera cōtagione proluitur. flabriſ aūt
ſpirantiū aurarū grauioreſ: et minuſ puri aeriſ ſpūſ differunt᷑. atq;
purgantur. teporeſ friguſ glaciale mitificant. et brumaliſ auſtroſ
fauoniuſ ac terre terreſtriūq; uiſcerū uenaſ remittit. et parſ gignē/
tium: alia adoleſcētium: cetera occidentiū uiceſ ſubſtinent. et ſorſ
naſcētiū: obitoꝝ loco pullulāt. et occidentiū numeruſ naſcētibuſ

locũ pandit. Reſtat qđ caput eſt ſermõiſ huiuſ: ut ſuper mũdi
rectore uerba faciamuſ. Indigenſ qppe oratiõiſ huiuſ uidebat̃ de
mũdo reputanteſ: ut etſi minuſ curioſe: at quomõ poſſemuſ diſſe/
remuſ. De rectore qppe omniũ nõ ut ait ille: ſilere meliuſ eſt. ſed
uel parũ dicere. uetuſ opinio eſt: atq; in cogitationeſ omniũ hoím
penituſ incidit: deũ eſſe. originiſ nõ habere autorem. deumq; eſſe
ſalutem. et pſeuerantiam earũ quaſ effecerit: rerum. Neq; ulla reſ
eſt tam preſtantibuſ uiribuſ: que uiduata dei auxilio: ſui natura
contenta ſit. Hanc opinionẽ uateſ ſequuti profiteri auſi ſunt: oía
Ione plena. cuiuſ pñtiam: nõ iam cogitatio ſola: ſed oculi & aureſ
et ſenſibiliſ ſubſtantia cõprehẽdit. ad hec compoſita eſt poteſtati
dei cõuenienſ oratio. Soſpitator qdem ille genitor eſt oíum: q ad
cõplendum mundũ nati. factiq; ſunt. non tñ: ut corporei laboriſ
officio orbẽ iſtũ manibuſ ſuiſ inſtruxerit. ſed q q̃dam infatigabili
ꝓuidẽtia. et procul poſita: cũcta cõtingit. et maximiſ interualliſ
diſiũcta circũplectit̃. nec ambigit̃ eũ preſtantẽ atq; ſublimẽ ſedẽ
tenere. et poetarũ laudibuſ nomẽ eiuſ conſulũ: ac regũ nuncupa/
tiõibuſ predicari. et in arduiſ arcibuſ habere ſolium conſecratum.
Deniq; ꝓpioreſ quoſq; de poteſtate eiuſ ampliuſ trahere. corpora
celeſtia illa: q̃to finitima ſunt ei: tãto ampliuſ de deo cape. multo
minuſ: que ab illiſ ſunt ſecũda. et ad hec uſq; terrena: ꝑ interual/
lorũ modo indulgentiã dei ad noſ uſq; beneficiaq; ꝑuenire. Sed
cũ credamuſ deũ per oía ꝑmeare: et ad noſ: et ultra poteſtatẽ ſui
nomíſ tendere: q̃tum abeſt: uel imminet: tm̃ exiſtimandũ eſt eum
ampliuſ minuſue rebuſ utilitatiſ dare. Quoniam tamẽ rectiuſ &
honeſtiuſ ſic arbitrari ſummã illã poteſtatẽ: ſacratã celi penetrali/
buſ: et illiſ q lõgiſſime ſeparant̃: una et eadẽ ratiõe ꝑ ſe: et ꝑ alioſ
opem ſalutiſ afferre. neq; penetrantem. atq; adeuntem ſpecialiter
ſingula. nec indecore attrectãtem cominuſ cũcta. taliſ qppe hu/
militaſ deiecti. et minuſ ſublimiſ offitii: nec cũ hoíe qdẽ conuenit:
q ſit paululũ conſcientie celſioriſ. militie principeſ. et curie ꝓcereſ.
et urbiũ ac domorũ rectoreſ dico nunq̃ cõmiſſuroſ eſſe: ut id ſuiſ
mãibuſ factũ uelint: qđ ſit cure leuioriſ. nihil ení poſſunt equiuſ
facere dñorũ imperia: miniſteria ſeruulorũ exemplo ut intelligi
poſſit. Cambyſeſ. et Xerſeſ. et Dariuſ. potentiſſimi regeſ fuerunt.
hoꝝ prepotẽtia: quã ex opibuſ collegerant: lenocíniũ uite effe/
cerat celſioriſ. cũ eorum alter apud ſuſam & ecbatanaſ: ut in fano
quodã ſacratuſ nulli temere noticiã moriſ ſui panderet. ſed circũ/

ſeptuſ admirabili regia: cuiuſ tecta fulgerent: eboriſ niue. argenti luce: flāmiſ ex auro. uel electri claritate. lumia uero alia pre aliiſ erant. Interioreſ foreſ. exterioreſ ianue īminebāt. porteq; ferrate et muri adamātina firmitate. ante foreſ uiri forteſ. ſtipatoreſq; re/ galiū laterum. tutela puigili. cuſtodiā p uiceſ ſortiū ſubſtinebant. erant inter eoſ & diuiſa offitia. in comitatu regio armigeri qdam. At extrinſecuſ ſinguli cuſtodeſ locoꝝ erāt. et ianitoreſ. et atrīēſeſ. ſed inter eoſ aureſ regie. et impatoriſ oculi: qdam hoīeſ uocabanť. p que offitioꝝ genera rex ille ab hōibuſ deuſ eſſe credebatur: cū oīa quecūq; ibi gererenť: ille pdictoꝝ delatiōe diſcebat. Diſpen/ ſatoreſ pecunie. queſtoreſ uectigaliū. tribunoſ erarioſ habebat: alioſ & alioſ prefecerat ceteriſ urbibuſ. alii uenatibuſ agendiſ pro/ uintiam nacti. parſ domibuſ & muneribuſ prefecti putabātur. et ceteri ppetuiſ magniſq; curiſ: obſeruatiōe ſingularū rerū appoſiti erant. Duceſ ac ſatrape ubiq; diſpoſiti. et permixta lociſ omnibuſ mācipia regalia ex eo numero erant. et curſoreſ diurni atq; noc/ turni exploratoreſ. et per uiceſ incenſe faceſ: ex omnibnſ regni ſublimibuſ lociſ in uno die imperatori ſignificabāt: quod erat cito opuſ. Igiť regnū illud ita cōponi oportet cū mūdi aula: ut inter ſe cōparentur ſūmuſ atq; exupantiſſimuſ diuū. et homo ignauuſ. et peſſimuſ. Quod ſi cui uiro: uel cuilibet regi indecoꝝ ē. p ſemet/ ipm procurare oīa & pficere: multo magiſ deo incōuenienſ erit. Quare ſic putādum eſt: eū maxime maieſtatem retinere: ſi ipe in alto reſideat loco: eaſ aūt poteſtateſ per oēſ mūdi parteſ orbiſq; diſpēſet: que ſint pareſ: ſolē ac lunā cunctūq; celū. Hoꝝ enī cura ſalutē terrenoꝝ oīum gubernat. nec multiſ ei opuſ eſt. nec ptiçepſ hominū cōuerſatione. qbuſ ppter ignauiā appoſitū eſt pluribuſ indigere. at nō eiuſmōi cōpendio machinatoreſ fabricaꝝ: aſtutia uniuſ cōuerſiōiſ multa & uaria pariter adminiſtrant. etiā illi q in ligneoliſ hoīm figuriſ geſtuſ mouent qn filum membri. qđ agitari ſolet: traxerint: torquebiť ceruix. nutabit caput. oculi uibrabūt. manuſ ad miniſteriū pſto erūt: nec iuenuſte totuſ uidebiť uiuere. haud ſecuſ etiā celeſtiſ ptāſ: cū initium ſciētia & ſalutifera opa mo/ uerit: ab uno ad ſecūdum: et deinceps ad tertiū: et uſq; ad ſupmū: attactu cōtinuo uim ſue maieſtatiſ īſinuat. aliud alio cōmoueť. motuſq; unuſ alteri mouendi ſe originem tradit. Mūdo equidem conſentiūt: nō una ſed diuerſa uia. et plerūq; contraria. Sed pma remiſſiore admodū data. ſimpliciq; inchoato pncipio. impulſibuſ

mutuiſ ut ſupradictũ ẽ: mouent̃ qdem oĩa. ſed ita ut ſi qſ ſpherã: aut quadratũ: et cylindrum: et aliaſ figuraſ in ꝓcliue ſimul iaciat: deferent̃ qdem om̃ia: ſed nõ eodem genere mouebũtur. nec illud diſſimile exemplũ uideri oportet: ſiqſ pariter patefacto gremio: aĩalium multitudinẽ ſimul abire patiatur: uolucrũ. natatiliũ. atq; terreſtriũ. eníuero ad ſuũ locũ: queq; duce natura ꝓperabũt. parſ aquam repetenſ: illa inter agroſ: legibuſ & inſtitutiſ ſuiſ naturali lege aggregabunt̃. ibunt per aeriſ uiaſ prepeteſ. qbuſ hec natura largita ẽ. ſic natura uiuendi eſt cõſtituta. Nã cũ om̃e celũ ſimplici circũactu uoluat̃ nocte dieq; diſtinctũ: diuerſiſ mẽſuraꝝ eq̃lita/tibuſ ſeparatũ: q̃uiſ una ſphera oĩa cõcluſerit: incrementiſ tñ globi ſui: deciſioneq;: lumina mẽſtrua luna ſignificat. et celi ſpatium ſol annua reuerſiõe colluſtrat. eiuſq; comiteſ amoenuſ lucifer: et cõiſ cylleniuſ ſtella. etení prioribuſ mauortiũ ſyduſ circuliſ in biennio cõfecit ſpatia. Iouiſ clarum fulgenſq;: ſexieſ eadem multiplicatiſ curſibuſ ſuiſ tẽpora: que Saturnuſ ſublimior. xxx. ſpatiiſ annoꝝ cirũerrat. Verũ inter hec. una mundi cõuerſio orbiſ: et unuſ con/centuſ: atq; unuſ ſtellaꝝ choruſ: ex diuerſiſ occaſibuſ ortibuſq; hoc ornamẽto: et ut monile rectiſſime greca lingua ſignificat. Atení: ut in choreiſ: cũ dux carminiſ hymno p̃cinit: concinentiũ uulguſ uiroꝝ: et feminarũ mixtiſ grauibuſ & acutiſ clamoribuſ unã har/moniã reſonãt: ſic diuia mẽſ mũdanaſ uarietateſ: ad inſtar uniuſ cõcentiõiſ reuelat. Nã celũ confixit: ut uaporatiſ & radiantibuſ ſtelliſ inerranti curſu ferat̃. et reciprociſ itineribuſ aſtra cõſurgãt. Sol qdem cõtuenſ: ortu ſuo diem pandit: occaſu noctem reducit. condituſq; uel relatuſ p plagaſ mũdi: q̃ttuor tempoꝝ uiceſ mutat. Hiſ oppoſiti ſũt torrentiũ curſuſ. et hũoreſ undaꝝ. emicationeſq; ſiluarũ: frugaliſ maturitaſ: fetuſ aĩmalium. educatiõeſ atq; obituſ ſinguloꝝ. Cum igit̃ rex oĩm: et pater quẽ tm̃modo mentiſ oculiſ noſtre cogitatiõeſ uident: machinã oẽm iugiter per circuitũ ſuiſ legibuſ terminatã: clarã ſyderibuſ relucentẽ. ſpẽſq; innumeraſ mõ ꝓpalam ſepe cõfectaſ: ab uno ut ſupradixi p̃ncipio agitari iubet: ſimile iſtud eẽ bellicĩ rebuſ: hinc liceat arbitrari. Nam cum tuba bellicũ cecinit: militeſ clãgore incenſi: aliuſ accingit̃ gladio: aliuſ clipeũ capit. ille lorica ſe induit. hic galea caput: ille crura ocreiſ inuoluit. ille equũ tẽpat. freniſ & loriſ iugaleſ ad cõcordiã copu/lat. et ꝓtinuſ unuſqſq; cõpetenſ capeſſit offitiũ. militeſ executionẽ adornant ordineſ. principeſ curant. equiteſ ordinibuſ preſunt.

ceteri negotia que nacti ſunt: agitant. cũ interea uniuſ ducıſ im/
perio: cũctuſ exercituſ paret: quem rex prefecerit. peneſ quem eſt
ſumma rerũ. Non aliter diuinarũ & hũanaꝝ rerũ ſtatuſ regitur:
qñ uno moderamine contenta oĩa: penſum ſui operiſ agnoſcũt.
curaq; oĩſ occulta: uiſ nulliſ oculiſ obuia niſi qbuſ menſ ſue luciſ
aciem intendit. Nec tamẽ hoc: uel illi ad moliendũ: uel nobiſ ad
intelligendũ obeſt. De inferiore licet imagine capiamuſ exẽpla.
aĩa in hoĩe nõ uidetur. et tamẽ fateant̃ omneſ neceſſe eſt: huiuſ
opa: omnia: que p hoĩem preclara fiunt: prouenire. neq; aĩe ipiuſ
qlitatem: ac figuram oculiſ occurrere. Sed mom̃etiſ ab ea geſto/
rum intelligi: qualiſ et qta ſit. Omne qppe humane uite pſidium
ingenio eiuſ eſt paratum. cultuſ agrorum. uſuſq; frugum: artificũ
ſollertia. ꝓuentuſ artiũ. cõmoditaſ uite humane. Quid de legibuſ
dicam? qua ui faciẽte inuenteq; ſunt? quid de ciuilibuſ inſtitutiſ:
ac moribuſ qui nunc populorũ accitiſ conuentibuſ: frequentant̃
aſpitate belloꝝ: et pacata mitigãtur quiete? Niſi forte iniuſtuſ
rerũ eſtimator poteſt eſſe: q hec eadem de deo neget: quẽ uideat
eẽ uiribuſ exupantiſſimũ: auguſtiſſimũ: immortaliſ eui genitorẽ.
Vnde nihil mirũ eſt: ſi mortaleſ oculi nõ capiũt aſpectum eiuſ:
quãdo diuinoꝝ operum ui ſit perſpicuuſ: atq; manifeſtuſ. Huiuſ
locum querimuſ: qui neq; infimuſ eſt: cum rerum contagionibuſ:
neq; in aere turbido. uerum in mundano faſtigio: quẽ greci τον
ουρανον. id eſt celum recte uocant. ut qui ſit altitudiniſ finiſ. et
idẽ ea ratiõe eũ nominãt: quẽ ab omni fuſcitate ac pturbatiõe
uident liberum. neq; enim caliginem nubium recipit: uel pruinaſ:
et niueſ ſuſtinet. nec pulſatur uentiſ. nec hymbribuſ ceditur. Hec
enim de olympo: q eſt celſitudiniſ ſũme: poeta: hiſ uerbiſ: cecinit.
ζευσ δ᾽ ελαχ᾽ ουρανον ευρυν εν αιθερι και νεφελησι. i. Sorſ
Iouiſ aula poli enubiſ: ſuper ethere facta eſt. Hanc opinionem
cõmuniſ moſ et hominũ obſeruatiõeſ ſequute: affirmant: ſupiora
eſſe deo tradita. nanq; habituſ orantiũ ſic eſt: ut manibuſ extẽſiſ
in celum: precemur. Romanuſ etiam poeta ſic ſenſit. Aſpice licet
ſublime tuenſ. quem inuocãt oẽſ Iouem: unde illa: que uident̃:
ſuntq; oĩbuſ preſtantia. Eaſdem ſublimitateſ regionum tenẽt
aſtra celeſtia. et mũdi lumina. ac merito: licet illiſ ordine ppetuo
frui: nec diuerſiſ ea in ſpatiiſ temporibuſ ue obſeruantiſſimam legẽ
ſuorum aliquando itinerũ metiunt̃. terrena omnia mutationeſ:
et cõuerſioneſ: poſtremo interituſ: habent. Poſtremo quod eſt in

triremi gubernator: in curru rector: pcẽtor in choriſ: dux ĩ urbe: dux in exercitu: hoc ẽ in mũdo deuſ. niſi quod ceteriſ erumnoſũ: et multiplex: et curarum innumerabiliũ uidetur eſſe: hoc ipſum: alicuiuſ offitii principem fieri. Deo uero nec triſtiſ: nec oneroſa eſt impii ſui cura. Nanq; nobiſ circũfert: et regit cũctaſ formaſ natura: quaſ diuerſiſ regionibuſ commouenſ: ut eſt lex ciuitatiſ ſemel promulgata: perpetuiſ obſeruationum ratiõibuſ fixa: ipa qdem immutabiliſ: ac eiuſ arbitrio parẽſ menteſ agitant̃. nutuq; eiuſ: et dominatiõe flectunt̃. et ſatiſ eiuſ magiſtratuſ: tribunalia. principia: militeſ: frequẽtabunt. recuperatoreſ iudiciiſ pſidebunt. Videaſq; illã ciuitatẽ piter ſpirantẽ odoribuſ: et graue olẽtibuſ: cenſ. et reſonantem hymniſ: et carminibuſ: et canticiſ: eandẽ etiã lamentiſ: et ploratibuſ eiulentẽ. et ad hunc modũ reſ agi in mũdo eſtimemuſ. lex illa: uel genſ: ad eqtatiſ tenorẽ. reducenda ſit: nulla indigẽſ correctiõe mutabili. Quippe ſicut mũdi uniuerſitaſ regit̃: dum ſpeculatur ad omnia rector eiuſ: atq; immutabiliter incũbit: ſpargit̃q; uiſ illa ſeminibuſ incluſa: per naturaſ omnium: ſpecieſq;: et genera digeſta: ſic facileſ uiciũ lapſuſ: & palmaꝝ ardua: pſicoꝝ robur. leuitaſ mali: gignit̃: ſic et que infelicia: ppter infecũditatẽ uocamuſ: tamẽ utilia ſũt alio pacto. Platani ut ait poeta: ũbraſ potantibuſ miniſtranteſ. Et cũ ſit unuſ: pluribuſ nominibuſ cıet̃ ppter ſpecierum multitudinem: qrum diuerſitate fit multiformiſ. & a iuuandiſ ſuiſ Iupiter dicit̃: quẽ zena greci: quod uite noſtre autor ſit: rectiſſime appellãt: fulgurator: et tonitrualiſ: et fulmi/nator. et item dicitur ſerenator. et plureſ eum frugiferum uocant. multi urbiſ cuſtodẽ. alii hoſpitalẽ: amicalemq;: et omniũ offitioꝝ nominibuſ appellanteſ: et multo plura eiuſmodi apud aruſpiceſ: et romanoſ ueteres inuenieſ. Orpheuſ uero hanc effari poteſtatẽ uolenſ: hiſ de eo uerbiſ canit.

ζεὺσ πρῶτοσ γένετο. ζεὺσ ὕστατοσ ἀρχικέραυνοσ.
ζεὺσ κεφάλη. ζεὺσ μέσσα. διὸσ δ᾽ἐκ πάντα τέτυκται.
ζεὺσ πυθμὴν γαίησ τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντοσ.
ζεὺσ ἄρσην γένετο. ζεὺσ ἄμβροτοσ ἔπλετο νῦμφη.
ζεὺσ πνοιὴ πάντων. ζεὺσ ἀκαμάτου πυρὸσ ὁρμή.
ζεὺσ πόντου ῥίζα. ζεὺσ ἥλιοσ. ἠδὲ σελήνη.
ζεὺσ βασιλεύσ. ζεὺσ ἀρχὸσ ἁπάντων ἀρχικέραυνοσ.
πάντασ γὰρ κρύψασ αὖθισ φάοσ ἐσ πολυγηθέσ.
ἐξ ἱερῆσ κραδίησ ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων. id eſt

Iupiter omnipotenſ eſt primuſ. & ultimuſ idem.
Iupiter eſt caput. & medium. Iouiſ omnia munuſ.
Iupiter eſt fundamen humi. ac ſtellantiſ olympi.
Iupiter & maſ eſt: & neſcia femina mortiſ.
Spirituſ eſt cunctiſ. ualidi uiſ Iupiter igniſ.
Et pelagi radix. ſol. luna eſt Iupiter ipſe.
Omnipotenſ rex eſt. rei omniſ Iupiter ortuſ.
Nam ſimul occuluit: rurſum extulit omnia leto
Corde ſuo e ſacro: conſultor lumine: rebuſ.

Fatum qđ greci ειμαρμενην uocant: tractu quodam: inuicem cauſaꝝ ſe continentiũ: uolunt dici decretum. Idem pepromenen dicunt. ꝙ oĩa in hoc ſtatu rerũ definita ſint. nec ſit in hoc mũdo aliquid interminatum. idem fatum moeran uocãt: qđ ex ꝑtibuſ conſtet. hinc emiomon: quod unicuiq; attributio ſua ſit aſſcꝑta. ac pacti eadem rerum ineffugibiliſ neceſſitaſ ultõniſ. ſed tria fata ſũt. numeruſ cum ratione temporiſ facienſ: ſi poteſtatẽ earum: ad eiuſdem ſimilitudinẽ tẽporiſ referaſ. Nã quod in fuſo perfectum eſt: preteriti temporiſ habet ſpeciẽ. & quod torquetur in digitiſ: momenti preſentiſ indicat ſpatia. & quod nondũ colo tractũ eſt: ſubactũq; cura digitorũ: id futuri: & conſequẽtiſ ſeculi poſteriora uidetur oſtendere. Hec illiſ condicio ex nominum eorundem proprietate contingit: ut ſit atropoſ preteriti temporiſ fatum: lachesiſ a fine cognominata. qđ etiam illiſ que futura ſunt: finem ſuum deuſ dederit. Cloto preſentiſ temporiſ habet curam: ut ipſiſ actionibuſ ſuadeat: ne cura ſollerſ rebuſ oĩbuſ deſit. deum uero ire per omneſ terraſ: non fruſtra arbitrabitur: qui audiet Platõiſ hec uerba. Deuſ nanq; inqt: ſicut & uera continet ratio: principia: fineſ & media rerum omniũ penetrat. atq; illuſtrando curſu uo/lucri ſuperfertur. Eũdem deum ultrix neceſſitaſ ſemper: & ubiq; comitatur: eorũ qui a ſacra lege diſceſſerint: uindex futura. quã ille facit mitificã: q ſtatim a tenero: & ipſiſ incunabuliſ intellexit & timuit. eiq; ſe totum dedit: atq; permiſit.

A SClepiuſ iſte pro ſole mihi eſt deuſ. Deuſ te
nobiſ o Aſclepi: ut diuino ſermoni intereſſeſ:
adduxit. eiq; tali: qui merito omnium antea
a nobiſ factorum: uel nobiſ diuino munere
inſpiratorum: uideatur eſſe religioſa pietate
diuinior: quẽ ſi intelligenſ uideriſ: eriſ omniũ
bonoꝝ tota mente pleniſſimuſ. Sed cũ multa
ſint bona: & nõ unum: in quo ſunt omnia. alterum enim alteriuſ
conſentaneum eſſe dinoſcitur. omnia uniuſ eſſe: aut unũ eſſe oĩa.
Ita enim unum alteri connexum: ut ſeparari alterum ab utroq;
nõ poſſit. Sed de futuro ſermõe hoc diligẽti intentõe cognoſceſ.
Tu uero o Aſclepi ꝓcede paululũ. atq; nobiſ: qui interſit: euoca.
¶ Quo ingreſſo: Aſclepiuſ etiam Ammonem intereſſe ſuggeſſit.
¶ Trimegiſtuſ ait: nulla inuidia Ammonẽ ꝓhibet a nobiſ: etenĩ
ad eiuſ nomen multa meminimuſ a nobiſ eſſe ſcripta: ſicut et ad
amãtiſſimũ & bonũ filium: multa de phyſica: & ex ethica q̃plu/
rima: tractatũ hunc aũt tuo aſſcribam nomini: preter Ammonẽ
uero nullũ uoca alterũ: ne tãte rei religioſiſſimuſ ſermo multorũ
interuentu uenientium: preſentiaq; uioletur. tractatum aũt tota
numiniſ maieſtate pleniſſimum irreligioſe mentiſ eſt: multorum
conſcientie publicare. Ammõe etiam adytum ingreſſo: ſanctoq;
illo: quattuor uirorum religione: & diuino dei completo p̃ſentia:
cõpetenti uenerabiliter ſilentio ex ore Hermeſ animiſ ſinguloꝝ
mentibuſq; pendentibuſ: diuinuſ cupido ſic exorſuſ eſt dicere.
¶ .TRIMEGISTVS. O Aſclepi omniſ hũana immor/
taliſ eſt anima: ſed non uniformiter cũcte: ſed alie alio more: uel
tempore. ¶ .ASCLEPIVS. Non enĩ o Trimegiſte omniſ
uniuſ qualitatiſ eſt aĩa. ¶ .TRIME. O Aſclepi: ut celeriter
de uera rationiſ continentia didiciſti. Non enim hoc dixi: omnia
unum eſſe: & unũ omnia. ut que in creatore ſunt omnia: anteq̃m
creaſſet omnia. nec immerito ipſe dictuſ eſt omnia: cuiuſ membra
ſunt omnia. huiuſ itaq; qui eſt unuſ oĩa: uel ip̃e eſt creator oĩum:
in hac tota diſputatõe curato meminiſſe. de celo cũcta deſcendũt
in terram. & in aquam. & in aera. Igniſ ſolum: ꝙ ſurſum uerſum
fertur: uiuificat: quod deorſum ei deſeruienſ. at uero quicquid de
alto deſcendit: generanſ eſt. quod ſurſum uerſuſ emanat nutrienſ.

terra ſola in ſeipſam conſiſtenſ: omnium eſt receptrix. omniumq;
generum: quæ accapit: reſtitutrix. ¶ Hoc ergo totum: ſicut me/
miniſti: quod eſt omnium: uel omnia: anima: & munduſ: a na/
tura comprehenſa agitantur: ita omnium multiformi imaginum
equalitate uariata: ne infinite qualitatum ex interuallo ſpecieſ
eſſe noſcantur. adunate tamẽ ad hoc: ut totum unum. & ex uno
omnia eſſe uideantur. Totuſ itaq; quibuſ formatuſ eſt munduſ.
elementa ſunt quattuor. Ignis. aq̃. terra. aer. munduſ unuſ. anima
una. deuſ unuſ. Nunc mihi adeſto totuſ: quantum ualeſ. quãtum
calleſ aſtutia: diuinitatiſ etenĩ ratio diuina ſenſuſ intentione noſ/
cenda. torrenti ſimillima eſt fluuio: e ſummo in pronum precipiti
rapacitate currenti. quo efficitur: ut intentionem noſtram: non
ſolum audientium: uerum etiam tractantium ipſorum celeri ue/
locitate pretereat. Celũ ergo ſenſibiliſ deuſ adminiſtrator eſt om/
niũ corporum: quorũ augmenta detrimentaq; ſol & luna ſortiti
ſunt. Celi uero: & ipſiuſ anime: & omniũ que in mundo ſunt: ipſe
gubernator eſt: qui eſt omnium effector deuſ. a ſupradictiſ enim
omnibuſ: quorum gubernator eſt: omnium frequentatio fertur
influẽſ per mundum: & per animam omniũ generum: & ſpecierũ
omnium: perq; rerum naturam. munduſ autem preparatuſ eſt a
deo receptaculũ omniformium ſpecierum: naturam aũt p ſpecieſ
imaginanſ: mundũ per quattuor elementa ad celũ uſq; adduxit:
cuncta dei uiſibuſ placitura: omnia autem deſuper pendentia: in
ſpecieſ diuiduntur: hoc quod dicturuſ ſum genere. Genera rerũ
omnium ſuaſ ſpecieſ ſequunť: ut ſit ita ſoliditaſ genuſ: ſpecieſ ge/
neriſ particula. genuſ ergo deorũ: demonũq; genuſ eque & hoĩm.
ſimiliter uolucrum. & omnium que in ſe munduſ habet: ſui ſimileſ
mundi ſpecieſ generat. genuſ eſt & aliud aĩmal. genuſ ſine anima
quidem: nec carenſ tñ ſenſibuſ: unde beneficiiſ gaudet. & aduerſiſ
minuitur: atq; uitiatur. omniũ dico: que in terra radicũ: ſtirpiũq;
incolumitate uiuiſcunt. quaꝝ ſpecieſ per totam terram ſparſe ſũt.
¶ Ipſum celum plenum eſt deo. ſupradicta autẽ genera inhabitant
¶ .TRIMEGISTVS. Videſ ergo o Aſclepi tibi omnia: quaſi dormienti: eſſe narrata. Quid eſt enĩ munduſ: aut ex q̄buſ conſtat: niſi ex om̃ibuſ natiſ? Ergo uiſ dicere de celo: terra: et ele/mẽtiſ. Nãq̄ alia magiſ frequẽter mutãt in ſpecieſ. celũ humeſcẽſ: uel areſcenſ: uel frigeſcenſ: uel clareſcẽſ: uel ſordeſcenſ: in una celi ſpecie: he ſunt que ſepe alternantur ſpecieſ. terra uero ſue ſpeciei multaſ immutationeſ ſemper habet. et cum parturit frugeſ: & cũ eadẽ partu nutriat ſuo. tum reddit oĩm fructuũ uariaſ diuerſaſq̄ qualitateſ: & quãtitateſ: ac ſtationeſ: & curſuſ: ad omneſ arborum florum. bacarum qualitateſ: odoreſ: ſaporeſ: ſpecieſ. Igniſ etiam facit cõuerſiõeſ plurimaſ atq̄ diuerſaſ. Soliſ. n. & lune om̃iformeſ imagineſ ſunt. Sunt autẽ q̄ſi ſpeculorũ noſtrorum ſimileſ imaginũ ſimilitudineſ emulo ſplendore reddentium. Sed iam de talibuſ ſit ſatiſ dicta talia. ¶ Iterũ ad hominẽ: rationẽq̄ redeamuſ. ex quo diuino dono homo aĩal dictum eſt rationale. minuſ aũt mirãda de homĩe dicta. ſed oĩm mirabiliũ uincit admirationẽ: q̄d homo potuit inuenire naturam: eamq̄ efficere: quoniam ergo proaui noſtri multum errabant contra rationem deorũ increduli: & non animaduertẽteſ ad cultũ: religionemq̄ diuinam: inuenerũt artem qua deoſ efficerent. cui inuente adiũxerunt uirtutem de mundi natura cõuenientem. eamq̄ miſcenteſ. et quoniam animaſ facere non poterant: euocanteſ animaſ demonum: uel angelorum: eaſ indiderunt imaginibuſ ſuiſ: diuiniſq̄ myſteriſ: per quaſ ſola idola & benefaciẽdi & malefaciẽdi uireſ habere potuiſſent. Auuſ enim tuuſ o Aſclepi medicine primuſ inuentor: cui templũ conſacratũ eſt in monte libye: circa littuſ crocodilorum: in quo eiuſ iacet mũ/danuſ homo: id ẽ corpuſ. Reliquuſ enĩ uel potiuſ totuſ ſicut hõ: totuſ in ſenſu uite melior remeauit in celum. omnia etiam nunc adiumenta hominibuſ preſtanſ. Hermeſ: cuiuſ nomini aui mihi nomen eſt: ſi cognomen patrie conſiſtenſ: omneſ mortaleſ undiq̄ uenienteſ adiuuat: atq̄ conſeruat. Vnde contingit ab egyptiſ hec ſancta animalia nuncupari. & per ſingulaſ ciuitateſ coli eorum animaſ: quorum ſunt conſecrate uiuenteſ ita: ut eorum legibuſ

incolantur: et eorum nominibus nuncupentur. per hanc cauſam
o Aſclepi ꝙ aliis que colenda uidentur: atq; ueneráda: apud alios
habentur: ac propterea bellis ſe laceſſere egyptioꝝ ciuitates ſolēt.
ASCLEPIVS. Et horum Trimegiſte deorum ꝗ ter/
reni habentur: cuiuſmodi ē qualitas? TRIMEGISTVS.
Cōſtat o Aſclepi de lapidibus: & de aromatibus: uí diuinitatis
naturalem habentibus í ſe. et propter hanc cauſam ſacrificiis fre/
quentibus oblectantur hymnis: & laudibus: et dulciſſimis ſonis: in
modum celeſtis harmonie concinentibus: ut iſtud quod ē celeſti
uſu & frequentatione illectum in idola poſſit letum humanitas
patiens longa durare per tempora. ſic deorum actor eſt homo. &
ne putaſſes fortuitos effectus eſſe terrenorum deorum o Aſclepi:
dii celeſtes inhabitant: ſumma celeſtia unuſquiſq; per ordinē quē
accepit cōplens: atq; cuſtodiens. Hi uero noſtri ſigillatim quedá
curantes: quedam ſortibus & diuinatione precedentes: his pro mō
ſubuenientes humanis: quaſi amica cognatione conciliantur.
ASCLEPIVS. Quam ergo partē rationis ειμαρμενη
uel fata incolunt. o Trimegiſte. ſi celeſtes dii dominantur terreni
incolunt ſingula: quā ειμαρμενη nūcupamus. TRIME/
GISTVS. O Aſclepi ea eſt neceſſitas omnium: que gerunť:
ſemper ſibi cathenatis nexibus iuncta: hec itaq; eſt aut effectrix
rerum: aut ſummus deus: aut ab ipſo deo: qui ſecundus effectus ē
deus: aut oíum celeſtium terrenarūq; rerū firmata diuinis legibus
diſciplina. Hec itaq; ειμαρμενη et neceſſitas ambe ſibi inuicem
indiuiduo cónexe ſunt glutino quarum prior ειμαρμενη rerū
omnium parit initia. Neceſſitas uero cogit ad effectum: que ex
illius primordiis pendent. Has ordo conſequitur: id eſt cōtextus:
et diſtinctio temporis: rerum perficiendarum. Nihil eſt enim ſine
ordinis compoſitione. In omnibus iſtis mundus iſte perfectus eſt:
ipſe enim mundus ordine geſtatur. uel totus conſtat ex ordine.
Hec ergo tria ειμαρμενη: id ē fatū: neceſſitas: ordo: uel maxíe
dei nutu ſunt effecta: qui mundū gubernat ſua lege: & ratione
diuía. ab his ergo oīe uelle: et nolle diuinitus auerſū ē totū: nec
ira eteni cōmouenť. nec flectunť gratia. ſed ſeruiunt neceſſitati
rationis eterne. que eternitas. inauerſibilis: ímobilis: inſolubilis eſt.
Prima ergo ειμαρμενη ē. que uelut iacto ſemine futuroꝝ oím
ſuſcipit prolē. Seqtur neceſſitas qua ad effectū cogūtur omnia.
Tertius ordo: textū ſeruans eaꝝ rerū: ꝗs ειμαρμενη neceſſitaſq;

diſponit. Hec ergo eternitaſ: que nec cepit eſſe: nec deſinet: que
fixa ímutabili lege currēdi ſempiterna cómotione ſeruat̄: orit̄q̄:
& occidit alterna ſepe ꝑ membra: ita ut uarietatiſ tēporibuſ. iiſdē
q̄buſ occiderat mēbriſ: oriat̄: ſic ení & rotūditatiſ uolubiliſ ratio:
ut ita ſint ſibi coartata cuncta: ut quid ſit uolubilitatiſ initiū ig/
noreſ: cum oía ſe ſemper & precedere: & ſequi uideantur. Euentuſ
aūt uel ſorſ inſunt omnibuſ ꝑmixta mūdaniſ. ¶ Dictū eſt nobiſ
de ſinguliſ: ut humanitaſ potuit. ut uoluit: permiſitq̄ diuinitaſ.
Reſtat hoc ſolū nobiſ: ut benedicēteſ deum: oranteſq̄: ad curam
corporiſ redeamuſ. Satiſ enim de diuiniſ rebuſ tractanteſ mētem
uelut animi pabuliſ ſaturauimuſ. De adyto uero egreſſi: cū deū
orare cepiſſent: in auſtrū reſpiciēteſ erāt. Sole etenim occidēte:
cum quiſ deum orare uoluerit: illuc debet reſpicere. ſicut et ſole
oriente in eum qui ſubſolanuſ dicitur. Iam ergo dicētibuſ preca/
tionem Aſclepiuſ: ait: ſubmiſſa uoce oranti ſuggeramuſ patri: q̄d
iuſſerit: ut thure addito: & pigmentiſ precem dicamuſ deo. quem
Trimegiſtuſ audienſ: atq̄ commotuſ ait: meliuſ oía re o Aſclepi.
Hoc enim ſacrilegiiſ ſimile eſt: cum deum rogeſ: thuſ atq̄ cetera
incendere. Nihil enim deeſt ei: qui ipſe eſt omnia. Sed noſ agēteſ
gratiaſ adoremuſ. He enim ſunt inceſioneſ dei cum agunt̄ grateſ
a mortalibuſ. ¶ Gratiaſ tibi agimuſ ſumme & exſuperantiſſime:
tua enim gratia tantum ſumuſ cognitioniſ tue lumen conſecuti.
nomen ſanctum: & honorandum nomen unum: quo ſoluſ deuſ ē
benedicenduſ religione paterna: quoniā omībuſ paternā pietatē:
& religionem: & amorem: & quecunq̄ eſt dulcior efficacia ꝓbere
dignariſ: & donaſ noſ ſenſu: ratione. intelligētia. ſenſu: ut te cog/
noſcamuſ: ratione: ut te ſuſpicionibuſ indagemuſ: intelligentia: ut
te cognitione cognoſcenteſ gaudeamuſ: ac numine ſaluati tuo.
gaudeamuſ quod nobiſ te oſtenderiſ totū. gaudeamuſ quod noſ
in corporibuſ ſitoſ: et eternitate fueriſ conſacrare dignatuſ. Hec
ē ení ſola hūana gratulatio: cognitio maieſtatiſ tue. cognouimuſ
te: & lumē maxím ſolo ítellectu ſēſibili ítelleximuſ te o uite uera
uia. o natorū oím fecūda generatio: cognouimuſ te totiuſ nature
tue pleniſſime. cognouimuſ te eterna ꝑſeueratio. In omī ení iſta
oratiōe adorāteſ bonū bonitatiſ tue: hoc tm̄ deꝓcamur: ut noſ
ueliſ ſeruare ꝑſeuerāteſ in amore cognitioniſ tue & nunq̄ ab hoc
genere uite ſeparari. Hoc optāteſ cóuertimuſ noſ ad purā: & ſine
animalibuſ cenam.

CVm te intelligam ſapientiſſime atq; optime patrum: tum Ariſtoteliſ acutiſſimi doctrinã: ceteroꝝq; priſcoꝝ philoſo/phorum magnifacere: tum uero diui Platoniſ ſapientiam purgatiſſimam imprimiſ admirari: ſepe diuq; mecũ cogitaui: ſuoꝝq; documentorũ aliquid in latinum uertere. & quod tibi gratum fore exiſtimarem: tuo potiſſimum nomini dedicare. Itaq; cum libelloſ meoſ nuper euoluerem: Alcinoi opuſculum quoddã repperi: in quo ſub compẽdiaria: miraq; breuitate: opinio. atq; ſingula documenta Platoniſ attingunť. Feci igitur ut potui: hoc latinum. Tua quidẽ fretuſ humanitate: beniuolentiaq;: quã ſemper erga me oſtendiſti: Quod ſiquid in eo aut mendoſum: aut non bene poſitum reperieſ: tuo. recto. certoq; iudicio. corrigereſ. Neq; ſane curaui in cunctiſ: ſingulisq; uerbiſ. ut facillime uidebiſ: antiquoſ imitari. ſed illiſ potiuſ uſuſ ſum uocabuliſ: in plerisq; lociſ: que hiſ noſtriſ tẽporibuſ in ſcho/liſ philoſophorum frequentantur. putaui enim ad hunc modum orationem fore clariorem. preſertim cum poptime ſciam: tue tante ſapiẽtie reſ magiſ cure eſſe: q̃ uerba. Legaſ igiť uelim hunc libellũ ſapientiſſime patrum. Quod ſi tibi tãto uiro: tanta doctrina: totq; uirtutibuſ donato celituſ: atq; illuſtrato: meuſ hic trãſferẽdi labor dignuſ uidebitur: ad eiuſmodi cetera me deincepſ q̃ maxime allicieſ: atq; incitabiſ. Vale.

QVe ſint ꝓpriuſſima Platoniſ documẽta: que ue doctrina: ꝑbreuiter hinc ordinẽ. Philoſophia eſt affectio ſapientie. que ſoluit: ac reducit ad intelligibilia. Conuertitq; noſ ad ea: que ſunt ſcdm̃ ueritatem. ¶ Sapientia autem eſt ſcientia humanaꝝ: diuinarumq; reꝝ cognitio. Philo/ſophuſ eſt: qui a philoſophia ita denominatur: ut a muſica muſicuſ. Hinc enĩ oportet imprimiſ affectũ eſſe. erga eaſ preſertim diſciplinaſ: que conuertere: atq; trahere eum poſſunt: ad cognitionem intelligibiliſ ſubſtãtie. que neq; fluxa: neq; caduca eſt. deinde q̃ ardẽtiſſime ſe habere erga ueritatẽ. neq; ullo pacto mendacio adherere. Preterea et natura quidem admodũ honeſtũ eſſe. Ac ſecundũ partem anime: que paſſiua eſt: naturaliter remiſſũ.

qppe qui erga eorum: que ſūt: diſciplinam affectuſ ē: atq; ad eam ſuum uertit animum: Illecebraſ oīno ſpernit uoluptatū. Opuſ eſt etiā eum et ſentētia eſſe liberum: qui philoſophuſ eſt futuruſ. Nā puſillanimitaſ illi aīe q̄maxime aduerſat̄: que diuina hūanaq; debeat cōtemplari. Itē erga iuſticiā affici. Erga ueritatē. liberali/tatem. & temperantiā. Facilitatem deniq; diſcipline: ſibi uēdicare. atq; memoriam. Siquidem reſ huiuſcemodi philoſophiam pficiūt. Ceterū ingenia que digne ſint educata: Vendicarūtq; ſibi rectā diſciplinam: perfectam aſſequuntur uirtutē. Que uero negligēter ſe habent erga hec: que dicta ſunt: et male peunt. & peſſimi uadūt.

¶ Hec autē inter uirtuteſ Plato nominare conſueuit: tempantiā. ſcilicet fortitudinē: & iuſticiā. ¶ Duplicē eſſe uitā: cōtemplatiuam. et practicam. Principatum tenere cōtemplatiuam. que cognitiōi ueritatiſ uacet. Practicam uero rebuſ agendiſ operam dare: que a rōe precipiunt̄. Itaq; uenerandā imprimiſ eſſe uitā cōtemplatiuā. deinde practicā neceſſariā. qd̄ aūt ita ſe habeat: deincepſ māifeſtū erit. Eſt igit̄ contemplatio actuſ mētiſ: intelligibilia intelligētiſ.

¶ Operatio autem: anime rationaliſ. actuſ: per corpuſ confectuſ:

¶ Anima igit̄ contemplanſ reſ diuinaſ: atq; rei diuine intellectiōeſ: cū bene pati dicitur: que qdem paſſio prudentia nuncupat̄. quod nil aliud eſſe uidetur: q̄ rei diuine aſſimilari: quā ob rē reſ eximia ē: ac ueneranda: cum acquiſibiliſ ſit: nobiſq; ꝓpriſſima: nec ullo modo prohibita: ſed peneſ noſ iacet. atq; cauſa nobiſ eſt ꝓpoſiti finiſ. At operatio: & que agūtur per corpuſ: ꝓhiberi poſſunt. atq; in rebuſ agendiſ eorū eget preſidio: que ſpeculant̄ in uita cōtemplatiua: & meditantur moreſ hominum. Vir nanq; ſtudioſuſ: ad reſ publicaſ accedet: cū eaſ uiderit: a qbuſdā male gubernari. putanſ reſ claraſ fore: aut militare: aut iudicare: aut legatū ire. & que ī rebuſ agēdiſ ſplendide ſūt. atq; excellenteſ: ut legeſ inſtituere. rempublicam re/formare. Iuueneſ inſtruere. qbuſ in rebuſ ne unq̄ qdē philoſophuſ: a cōtemplatiōe deſiſtit: ſed ſemper eam maiorem in modū nutrit. atq; pro uiribuſ auget: ac tanquam ex cōſequenti: ad reſ gerendaſ accedit. ¶ Studium quippe philoſophi: ut Platoni placet: tribuſ in rebuſ eſſe uidet̄. In eoꝝ ſcilicet que ſunt ſpeculatione. atq; noticia. Itē in rebuſ gerēdiſ: que bone ſunt. Item in ipſa ratiōiſ ſpeculatiōe. Que in noticia rerum uerſat̄: ſpeculatiua ē. Que in rebuſ gerēdiſ: practica noīatur. Tercia uero: que uerſat̄ erga rōnem: dialectica uocatur. Hec autē diuidit̄. in diuiſiuam: diffinitiuā: inductiuam.

& ſyllogiſticã. que quidẽ itẽ in demóſtratiuã: que circa neceſſariũ
uerſatur ſyllogiſmũ: & in probabilẽ: qui in opinione fundat̃. & in
rhetoricã enthymema ſcilicet qui imperfectuſ uocat̃ ſyllogiſmuſ.
Itemq; in ſophiſmate: que parſ quidem licet apud philoſophũ non
ſit principaliſ: neceſſaria tamen habetur. quod practice quidẽ p̃tiſ
aut de moribuſ: aut de refamiliari: aut de ciuili: de ciuitatiſq; ſa/
lute: ſpeculatur. Horum quod primum eſt morale uocatur. Alterũ
domeſticum. poſtremũ ciuile. Speculatiue uero partiſ: quod circa
immobileſ: primaſq; cauſaſ: atq; reſ diuinaſ: theologicũ nuncupat̃.
quod circa ſtellarum fluxum: ac circuitum: ſtatumq; habetur: atq;
huiuſ mundi conſtitutionẽ: uocatũ; naturale. quod in geometria
reliquiſq; diſciplinĩſ: uerſatur: mathematicum nomĩatur. Itaq; hac
diuiſione: & philoſophie ſpecierum partitione premiſſa. De ſpecu/
latione dialectica primo dicendũ eſt: ut Platoni placet. & in p̃miſ
de re iudiciali. cum aliud ſit: quod iudicat: & aliud quod iudicatur.
deniq; quod ab hiſ perficitur: iudicium nominamuſ. proprie tamẽ
quidam iudicium: ubi reſ iudicatur: nominaret. ſed cómuniuſ quod
iudicat. hoc autẽ eſt duplex. unũ a quo iudicatur: quod iudicatũ
eſt. alteꝝ: per quod. quoꝝ id quidem: menſ eſt. Alterum uero: per
qđ organũ naturale poteſt iudicare: p̃ncipaliter quidem reſ ueraſ:
ſed cóſequenter falſaſ: quod ꝑfecto nil aliud eſt: q̃ naturaliſ ratio.
Veꝝ ut enucleatiuſ id exp̃mamuſ: iudex q̃ppe philoſophuſ dice/
ret̃ a quo reſ ipſe decernunt̃. Iudex item eſt: & ipſa ratio: per quã
ueritaſ iudicat̃: qđ inſtrumentũ diximuſ eſſe. Ratio autẽ duplex
eſt: una quidem incóprehenſibiliſ atq; immutabiliſ. altera ſecũdum
rerum noticiam infallibiliſ. quaꝝ prima deo quidem poſſibiliſ. ſed
hominibuſ minime. Altera uero quam & homineſ aſſequi poſſunt.
etiã duplex eſt. una circa intelligibilia. altera circa ſenſibilia: quaꝝ
e prima: ſciẽtia & ſcientifica ratio habet̃. ex ſecũda uero que circa
ſenſibilia uerſat̃: & opinio eſt: & opinatiua. Itaq; ea quidẽ parſ:
que ſcientifica eſt ſtabilitatiſ q̃ddã: firmitatiſq; habet: cũ de ſolidiſ
atq; firmiſ p̃ncipiiſ fiat. At ſuaſiua opĩabiliſq; circa ueriſimile uer/
ſat̃: cũ in ſe nihil p̃manẽtiũ habeat. p̃ncipia igit̃ ſciẽtie & opiniõiſ:
que circa intelligibilia: ſẽſibiliaq; uerſant̃. ſũt & ĩtellectio: & ſẽſuſ.
Senſuſ ergo eſt paſſio aĩme: p corpuſ: enuntiatiua uirtutiſ p̃ncipa/
liter paſſiue. quãdo aũt in aĩma per organa ſenſuũ ſecundũ ſenſũ
imp̃ſſio fit: qđ q̃dẽ ſenſuſ eſt: deĩde p multũ tẽpuſ: cũ ipã indelebi/
liſ fiat: ac permanenſ: & firma: firmitaſ ipã: memoria nuncupatur.

Opinio autẽ eſt cõplexio memorie & ſenſuſ. Nam cum in aliqḋ primũ ſenſibile incidimuſ: a quo ſenſuſ in nobiſ fiat: deinde ſi in idẽ ſenſibile incidamuſ: preſuppoſitam memoriam componimuſ huic ſenſui: ſecundo accepto. & in ipſiſ dicimuſ: hic Socrateſ eſt. equuſ. igniſ. & cetera eiuſmodi. & hec uocatur opinio. cũ cõponamuſ pre/ſuppoſitam memoriã ei ſenſui: qui nuper fiat. que quidẽ cũ inuicẽ conſentiunt: fit opinio uera: cum uero diſſentiunt: falſa. Siquiſ enĩ Socratiſ memoriam haberet obuiãq; fieret Platoni: quẽ Socratẽ ob ſimilitudinẽ putaret: hic quidẽ ſenſuſ a Platone acceptuſ: tanq̃ a Socrate: ſi cum memoria Socratiſ iungat̃: falſa fit opinio. Illud autem in quo memoria & ſenſuſ fit Plato ceree ſimilat impreſſiõi. que autẽ ex ſenſu: & memoria opinata ſunt: aĩa mẽte reformãſ: in ipſa reſpicit: tanq̃ in ea: a quibuſ facta ſunt. rem huiuſcemodi. imaginem uocat Plato. quandoq; etiam phantaſiam. Mentẽ aũt eſſe inquit animum apud ſe ratiocinantem. orationẽ autẽ: fluẽtem ab eo per oſ: cauſatum ſonitum. Iutellectio autẽ eſt actuſ intel/lectuſ ad primaſ intelligẽtiaſ cõtẽplandaſ. que duplex eſſe uidet̃. Vna anteq̃ animuſ hoc in corpore fieret: cum ipſe intelligentiaſ cõtemplabatur. Altera poſtq̃ huic corpori adueniret. quarum illa quidem: que anteq̃ anima in corpore fieret: intellectio uocabatur. que uero in corpore fit: & cum intellectio uocabat̃: nũc naturaliſ intelligeutia dicta eſt. que intellectio quedam eſt: in anima ad/iacenſ. quãdo igitur dicimuſ intellectionem: principiũ eẽ ſciẽtifice rationiſ: non eam: que nunc dicta eſt dicimuſ: ſed que tũc: quãdo ſine corpore anima erat: que ut diximuſ: tunc quidem intellectio uocabatur. nunc uero naturaliſ intelligentia. Vocatur autem ab ipſo naturaliſ intelligentia ſcientia ſimplex & euolatuſ: anime. in/terdũ etiã & memoriã. Itaq; ex hiſ ſimplicibuſ ſcientiiſ ſcientifica: naturaliſq; ratio conſtituitur: que natura conſtat. idcirco cum ſit ſcientifica ratio: & opinatiua: ſitq; intellectio: & ſenſatio: ſint etiam que iiſ ſubiiciantur: neceſſe eſt utputa que intelligenda ſunt. atq; ſentienda. Atq; intelligendorum: quedam prima conſiſtunt: ut ea: que appellantur Idee. quedã uero ſecunda in materia ſunt ſpecieſ a materia ſeparata. Erit igitur duplex intellectio. quedã primoꝝ altera ſecundorum. Itemq; ſenſibilium: quedã prima ſunt: ut qua/litateſ: color: & albedo. quedam ſecundum accidenſ: utputa albũ coloratũ. Preterea quod compactũ eſt: ut igniſ & mel. ſic deniq; ille ſenſuſ primorũ eſt: qui primuſ dictuſ eſt. Alter uero ſecundoꝝ

ſecūduſ.que igiť prime habenť intelligētie intellectuſ diſcernūt.
Neq; id fit ſine ſcientifica ratione.ſed comprehenſione quadam
& ſine diſcurſu. Secunda uero ſcientifica ratio non eſt ſine intel/
lectione.p̄ma uero ſenſibilia.& ſecūda ſenſuſ diiudicat.nó tamē
ſine ratione opinatiuam. congeriem uero ratio opinatiua: neq;
tn̄ ſine ſenſu. Intelligibiliſ deniq;.mūduſ primū intelligibile eſt:
ſenſibiliſ uero quid agregatum. quem quidē intelligibilē mun/
dum intellectio iudicat: ratione ſcilicet quod eſt nó ſine ratione.
Senſibilem uero ratio opinatiua:& id quidem non ſine ſenſu.Cū
autem & ſpeculatio ſit:& operatio:non eodem modo recta ratio
diiudicat: que ſubiiciuntur ſpeculationi: operationiq;.ſed quod
uerum eſt: perſpicit in ſpeculando. & quod econtrario ſe habet.
In agendo uero quid familiare:quidq; alienum perficiēdum ſit.
Nam cum cognitionem habeamuſ naturalem: boni.honeſtiq;:
utamurq; ratione:atq; ad naturaleſ cognitióeſ id referamuſ:tāq̄
ad menſuram quandam determinatam: diiudicamuſ.ſiue ſic hec
huiuſmodi ſe habent:ſiue altero modo.Arſ elementumq; dialec/
tice: q̄maxime excellit primum in conſideranda ſubſtantia uni/
uſcuiuſq; rei: deinde & accidentibuſ.Conſiderat autem quid unū
qđq; ſit:aut a ſuperiori:diuidēdo:ac definiendo:aut ab inferiori
reſoluendo. Accidentia uero . & que in ſubſtantiiſ ſunt: aut ex
rebuſ contentiſ:per inductionem:aut ex continentibuſ:per ſyl/
logiſmum: quaſi catalogoſ eſſet.Dialectice parteſ. una quidem
diuiſiua eſt.altera definitiua. altera reſolutiua. Itēq; inductiua:
& ſyllogiſtica.Diuiſio quidem eſt partitio generiſ:que fit in ſpe/
cieſ.& totiuſ:in parteſ. ut quando animam diuidimuſ:in partem
rationalem:& paſſiuam.Itemq; paſſiuam:in iraſcibilem:& concu/
piſcibilem.atq; diuiſio uociſ in ſignificata.& quando unum idēq;
nomen ad plureſ contrahitur reſ.diuiſio uero accidētium in ſub/
iecta:ut quando dicimuſ:bonorum:aut corporiſ:aut anime:aut
externorum ſunt.que autem ſubiectorum ſunt. in accidētia di/
uiduntur:ut quando dicimuſ:quidam boni: quidam mali:quidā
medii:ſunt.Itaq; in primiſ neceſſe eſt:diuiſione generiſ in ſpecieſ
uti:ſut unumquodq; quid ſit:ſecundum ſubſtātiam cognoſcatur.
quod quidem ſine definitione minime fieri poteſt. Oritur autē
definitio:ex diuiſione ad hunc modum: illiuſ rei:que definitioni
eſt ſubiicienda: primum eiuſ genuſ capiendum eſt:ut hominiſ
animal.deinde diuidendum ſecundum adherenteſ differētiaſ:que

ad ſpecieſ uſq; deſcendant: ut rationale: & irrationale. ac mortale & immortale. quapropter ſi adherenteſ differentie generi componantur: hominiſ definitio conſtituitur.

¶ Reſolutioniſ autem ſpecieſ ſunt treſ. ſiquidem: a ſenſibilibuſ: ad prima intelligibilia eſt aſcenſuſ. & per probabilia & ſub probabilia: ad indemōſtrabileſ & immedietaſ propoſitioneſ. & eſt aſcenſuſ: a ſuppoſitiōe ad p̄ncipia: que non ſubiiciuntur. Primuſ quidem taliſ eſt: ut ſi a bono: quod eſt circa corpuſ: tranſcendimuſ: ad illud bonum: quod in animo cōſiſtit. ab hoc uero: ad id: quod eſt ſtudiorum: deinde ab hoc ad illud qđ eſt in legibuſ: poſtremo ad illud plurimū pelaguſ boni. deniq; ita noſ permittemuſ: quouſq; id: quod extremū eſt bonum inueniamuſ. Secunda uero ſpecieſ reſolutioniſ ad hūc modum fit. Id quod queritur: oportet ſupponi. ac ſpeculari: que ſint eiuſ priora: & demōſtrare: que ſunt aſcendentia priora a poſterioribuſ: quouſq; deuentum ſit: ad id: quod primum: & firmū eſt: a quo incipienteſ: modo compoſitiuo deſcendemuſ. ut ſiquiſ querat: an immortaliſ animuſ ſit: ſupponenſ idipſum: querat an ſemper mobiliſ? quo demonſtrato. querat iterum: an id quod eſt ſemper mobile ſit per ſe mobile? quo etiam demonſtrato: perſpiciat: an per ſe mobile: id principium ſit motuſ? deinde ſi p̄ncipiū: an ingenitum: quod tanq̄ confitendum eſſe ponunt. ingenitum atq; incorruptibile cum ſit. ab eo igitur: quod manifeſtum eſt incipienſ: compono hanc demonſtrationem: principiū ingenitum: & incorruptibile: eſt. principium motuſ: eſt per ſe mobile: quod per ſe mouetur: eſt anima incorruptibiliſ igitur & ingenita: atq; immortaliſ eſt anima. Reſolutio autem: per ſuppoſitionem taliſ eſt. querat aliquiſ quicq̄: idipſum ſupponit. deinde ad ſuppoſitionem perſpiciat: quid ſequatur. poſtea ad rationem reddendā. Si ſuppoſitione indiget: aliam ſupponat ſuppoſitionem: & querat: an quod priuſ fuit ſuppoſitum: rurſuſ ad aliam ſequitur ſuppoſitionem: atq; id: quouſq; ad quoddam principium inſuppoſitum: deueniat: faciat. Inductio autem eſt omīſ methoduſ: que fit per orationem: uel a ſimili in ſimile tranſienſ: uel a ſingularibuſ: ad uniuerſalia.

¶ Vtiliſſima autem inductio eſt ad naturaleſ ſenſuſ cōmouendoſ. Orationiſ uero: quam propoſitionem uocamuſ: due ſunt ſpecieſ. Vna affirmationiſ. altera negationiſ: Affirmatio quidem taliſ eſt. Socrateſ ambulat. Negatio uero. Socrateſ non ambulat. Negationiſ aut affirmationiſ: quedam uniuerſaliſ eſt:

quedã particularíſ. Affirmatio pticularíſ talíſ eſt: quedã uoluptaſ eſt bonum. Negatio uero: quedam uoluptaſ non eſt bonum. Vniuerſalium autem affirmatiua quidem: omne turpe malũ eſt. Negatiua uero: nullum turpe bonum. Propoſitionum quedam cathegorice: quedam hypothetice. Cathegorice ſimpliceſ ſunt: ut omne iuſtum: bonum eſt. Hypothetice autem ſunt: que ſequen/tiam: autem pugnantiam ſignificant. Plato autem ſyllogiſmorũ tractatu utitur: & arguẽdo: & demõſtrando. redarguẽdo qdem falſa. per inquiſitionem. Vera quoq; demonſtrando: p doctrinã quandam. Syllogiſmuſ autem: eſt oratio: in qua quibuſdã poſitiſ: alteꝝ qddã iacentiũ: per ea que: poſita ſũt: ex neceſſitate ꝓuenit. Syllogiſmorũ: quidã cathegorici: quidam hypothetici: quidam ex hiſ mixti ſunt. Cathegorici quorum premiſſe & concluſioneſ: ſimpliceſ ſunt propoſitiõeſ. hypothetici qui ex hypotheticiſ pro/poſitionibuſ. mixti uero qui hec duo cõprehendunt. Vtitur aũt hic uir demonſtratiuiſ: in narratiuiſ. dialogiſ. opinatiuiſ uero: & ad ſophiſtaſ. & adoleſcenteſ. obiurgatiuiſ autem ad eoſ qui ꝓprie obiurgatoreſ dicti ſunt: ut ad Eutidemũ fere. & Hippiam. Ca/thegoricaꝝ: treſ figuraſ poſuit. primam in qua cõmuniſ terminuſ. & ſubiicitur: & predicatur. Alteram in qua communiſ terminuſ predicatur de duobuſ. Tertiam in qua cõmuniſ terminuſ ſubiicitẽ in utraq;. Terminoſ autem dico parteſ propoſitionum. ut in hac homo eſt animal. homo & animal terminoſ nuncupamuſ. ac per primam figuram. Plato ſepenumero interrogat. ſuaſq; ducit per ſecundam & tertiã rationeſ: per primã ſic: in Alcibiade. que iuſta: honeſta. que honeſta: bona. iuſta: igitẽ bona. per ſecundã uero: ut apud Permenidẽ: ſic. quod nõ habet parteſ: neq; rectum eſt: neq; obliquum. quod particepſ eſt figure: aut rectũ eſt: aut ob/liquum: quod igitur non habet parteſ: omnino experſ eſt figure. Per tertiam ſic in eodẽ libro. Id quod particepſ eſt figure: quale eſt. quod particepſ eſt figure terminatur. quod igitur quale: ter/minatur. Per hypotheticoſ autem ſyllogiſmoſ: in pluribuſ eiuſ libriſ reperiemuſ interrogatiõeſ ab eo factaſ. preſertim in Per/menide: huiuſmodi inuenimuſ ſermoneſ. Si unum nõ habet pteſ: neq; initium: neq; medium: neq; finem: habet. ſi neq; initium: neq; medium: neq; finem habet: neq; terminum habet: ſi nõ habet ter/minum: neq; particepſ figure eſt. Si igitur unum nõ habet pteſ: neq; figuram habet. Per alteram uero hypotheticam figuram:

quam plurimi tertiam uocāt: ubi cómuniſ terminuſ ambaſ ſequit̄ extremitateſ: ſic interrogat. Si unū non habet parteſ: neq; rectū eſt neq; tortuoſum: ſi particepſ eſt figure: aut rectū eſt aut ob/ liquum: ergo ſi partem non habet: neq; figuram habet. p tertiam etiam figuram: ſecundū quoſdā uero ſecundam: in qua cómuniſ terminuſ ſubiicitur in utraq;. in Phedone ſic. Cum potentia ac/ cipiamuſ ſcientiam paritatiſ: & non obliuiſcimur: ſcimuſ. ſi uero obliti ſumuſ. reminiſcimur. Mixtarum autem recordamur pro/ bationum quidem ex conſequētia ſic. Si unum totum eſt: & hoc quidem terminatum: principium: medium: & finem habenſ: id & figure non eſt experſ. quod autem precedit: igitur deſinenſ eſt. Argumentorum uero que ſunt ex conſequentia: ad hunc modū differentiaſ contemplamur. Itaq; ſiquiſ diligenter diſcernat: aīme potentiaſ hominumq; differentiaſ: & orationum genera: que & illi anime aptande ſunt: ac perſenſit ante: a quibuſ orationibuſ quiſq̄: & a quolibet poteſt perſuaderi: ipſe ſi ad uſū accipiat aptā opportunitatem: perfectuſ rhetor habenduſ eſt. atq; ſua rheto/ rica ſcientia benedicendi poteſt nuncupari. Diſciplinam quoq; ſophiſmatum: apud Platonem quidem in Euthydemo reperie/ muſ ſcriptam: ſi diligenter in eo libro: quod ibi mandatum litteriſ eſt: perueſtigemuſ: quedā quidem ſophiſmata habentur in uoce: quedā uero habētur: in rebuſ. & horum deinde ſolutioneſ. Nem/ pe decem quoq; predicamenta in Permenide ſubiecit. & in ceteriſ. preſertim in Cratylo totuſ etymologie locuſ expoſituſ eſt: mire ſubtilitatiſ: atq; aptiſſimi ingenii fuit uir ipſe: ad negotium defi/ niendi: diuidendiq;. que reſ preſertim omneſ dialecticaſ dilucidat uireſ. que uero in Cratylo habentur: hec in ſumma ſunt. queritur nanq; illic utrum natura nomina ſint: an poſitione placet autem ſibi rectam nominum rationem: eſſe poſitione: non ſimpliciter tamē. nec caſu quodam: ſed ut poſitio ipſa: rerum naturam om/ nino conſequatur. Nam neq; aliud recta ratio nominiſ eſt: q̄m poſitio: nature rerum conſona. Nulla enim quāuiſ poſitio no/ miniſ: ad rectum aliquid exprimēdum apta: ſufficienſq; eſt: neq; natura ipſa: primaq; uociſ expreſſio: ſed quod ex utroq; conſti/ tuitur: ut ſit cuiuſq; nominiſ: ſecundum quod poſitum eſt: aliquid proprium nature rei. Haud enī ſiquando nomina caſu ponerē/ tur: quicquā recti ſignificarent: uelut ſi hoc nomen equuſ: homī poneremuſ. & enim ipſum dicere in rebuſ agendiſ: quedam deniq;

actio eſt. ut nequaq̃ iſ recte dicat: ſi quicq̃d ad buccam uenerit:
dicat. ſed ſiquiſ ita loquatur: ut ipſe reſ ex ſe ſunt apte nate. Cum
autem parſ dicendi ſit nomina facere: ut & parſ orationiſ nomen
eſt: recte: & non recte nomina facere: nequaq̃ caſu quodã fiũt:
ſed potiuſ ſecũdum naturalem nominiſ proprietatem ad rem ipſã.
At ille profecto foret optimuſ nominum inuentor: qui per no/
men: naturam rei ſignificandam daret. Siquidem nil aliud nomẽ
eſt: q̃m quoddam rei inſtrumentum. non ut caſu contingit: ſed
quadam inuicem natura: cum per ipſum reſ doceamuſ inuicem:
percipiamuſq; eaſ. Nomen nanq; eſt quaſi magiſter quidam: atq;
inſtrumentum: per quod omneſ rerum ſubſtantiaſ diſtinguimuſ:
ut textura ſubteminiſ. & cetera eiuſmodi. apud dialecticoſ: id qui/
dem principium eſt: ut recte nominibuſ utantur. ut enim apud
textorem ſubtemen utendum eſt: cum uir ipſe ſciat: quid ad opuſ
perficiendum: ſibi aptum: commodumq; ſit: & ſic dialecticuſ no/
mine ab impoſitore poſito: utitur ſecundum aptitudinẽ: & modũ
quendam. & enim ut a fabro lignario faciendus eſt clauuſ: ſed a
gubernatore bene utenduſ: ita & impoſitor nominiſ: caute: atq;
diligenter ſua utatur poſitione. haud aliter: q̃ ſi dialecticuſ: qui
naturam ſubiectarum rerum non ignorat: preſenſ eſſet. & de dia/
lecticiſ quidẽ hactenuſ. ( ) Deincepſ uero de ſpeculatiuiſ dicendũ
eſt diſciplinis: quaſ in treſ parteſ Plato diuiſit. Theologicã ſcilicet
phyſicam: ac mathematicam. Theologice finiſ eſt primarum cau/
ſarum: principalium: altiſſimarumq; cognitio. Naturaliſ autem
eſt: diſcere quid ſit natura uniuerſi: quale. uel q̃d aĩmal ſit homo.
& quem locum in mũdo teneat. & an deo rerum uniuerſarũ cure
ſit: ceteriſq; diiſ: qui ſub eo: ſuo ordine habent. quiſ etiã reſpectuſ
hominum ſit ad deoſ. Mathematicuſ uero planiciem: triplicemq;
naturalem diſtantiam contemplatur. et de motu circulaticemq;.
quo pacto ſe habeãt. Ponatur quoq; et mathematica ſpeculatio
in capituliſ. Plato hanc exercuit ad ingenium acuendum. exci/
tat enim animum: ac diligẽtem perſpicacemq; reddit. Numeruſ
autem q parſ eſt mathematice diſcipline. haud parum habet ppri/
etatiſ ad animum ducenſ ad cognitionẽ primi entiſ. et ſubſtantie:
atq; ad omnem errorem fugãdum. & inſcitiam horum ſenſibiliũ.
Ad exercenda quoq; bella: ob mirum ordinem ſuum: aptiſſimuſ
eſt. Sed quid de geometria dicendum: q̃tum ad cognitionẽ boni
conferat? quiſ enim in negotiiſ exercendiſ: nõ utitur geometria?

que cum circa rem generatam aut corruptam nō uerſetur: ſemꝑ
ad id aſcendit: quod uere eſt. Eſt enim utiliſſima geometria ipſa:
cum poſt ſecundum augumētum: conſequens per ſeſe: ſpeculatio
tertium habet augumētum. utilis autem eſt: tanq̃ diſciplinarum
quarta. et ipſa aſtrologia: cuius contemplatione aſtrorum rati/
onē: et totius celi perſpicimus ac nouimus noctis: et diei: mēſium:
et annorum fabricatorem: quibus deniq; diſciplinis imbuti: quaſi
ſcalis quibuſdam: que ad rectam ac propriā uiam tendant: om̄i/
um reꝝ creatorem perquirimus. Muſice quoq; operam dabimus:
ut ad illa eadem auditum alliciamus: trahamuſq;. Nā ut oculorū
acies ad aſtronomiam: ſic auditus ad numerum ſe habet ſonorū.
Atq; aſtronomie uacantes: a uiſibilibus ad inuiſibilē illam intel/
ligibilemq; ſubſtantiam contemplandam ducimur. Ita & uocem
auribus ſonoram ꝑcipientes a rebus que auditu ꝑcipiūtur: ad ea:
que mente contemplanda ſunt: eodē modo tranſimus. At ſi aliter
ac dictum eſt: hiſce utimur diſciplinis: inutilis ac ſuperuacanea:
nulliuſq; ratiōis digna: noſtra ſpeculatio erit. Siquidem in primis
opus ē: ab hiſce uiſibilibus: audibilibuſq; rebus: ad ea tranſire: que
ſola animi cognitione decernuntur. Nam & ad diſciplinaꝝ per/
ceptionem: haud ſecus aīmaduertere debemus: q̃ ad eoꝝ que ſunt:
ſpeculationem. qui enim cupiūt id aſſequi: quod eſt: & geometriā
arithmeticamq; dumtaxat ſequūtur: circa illud qđ eſt: ſomniāt.
ac preter illud minime ꝑſpicere quicq̃ poſſunt. principioꝝ omni/
um: & que ex principiis componuntur: ignari. ueruntamen ut
p̄diximus utiliſſime ſunt. unde Plato: non ſcientias: ſed diſciplinas
eas uocauit: dialectica tn̄ diſciplina a geometricis ſuppoſitiōibus:
ad prima: & principalia: & inſuppoſita: aſtendere apta eſt. quam
obrem: dialecticā quidem ſcientiam nūcupauit. diſciplinas uero:
non opinionem: cum clariores: ſenſibilibus ſint: neq; ſciētias: cum
intelligibilibus ſint obſcuriores. ſed opinionē: corpoꝝ eē: ſcientiā
primorum: intelligentiam: diſciplinarum inquit. Ponit autem &
fidē: & coniecturam. fidem eē ſenſibiliū. coniecturam imaginū:
& ſpecierum. Cum autē dialectica omniū diſciplinarū fortiſſima
ſit: & quaſi erga firma. diuinaq; uerſet: idcirco om̄ibus diſciplinis
ſuperior cōſtituitur. tanq̃ arx quedā ſit: & conſeruatio reliquaꝝ.
p̄terea conſequēter de p̄ncipiis: ac theologicis ſpeculatiōibus dicē/
dum. Ordiemur nanq;: a primis: ſupmiſq; a quibus deſcendentes:
dicemus de mūdi primū: deinde hominū generatiōe atq; natura.

¶ Materiã Plato impreſſum quoddã: ac uniuerſum: receptaculũ nutricemq; nomĩat: matrem: regionem ſubiectum: atq; palpabile quiddam: cum inſenſibilitate: atq; uero legittima cogitatione ſuſ/ceptiuum. Talem autem habere proprietatem: ut omnẽ recipiat generationẽ: rationẽ nutricis: retinens: et eas ferẽdo: et recipiẽdo omnes ſpecies: deformis per ſe eſt: et ſine ulla ſpecie: et qualitate: cõtrita uero: ac taliter impſſa: ut ab his figurata: formataq;: nullã propriam figuram aut qualitatem habeat. Nam nihil ad uarias impſſiones: formasq; bene: atq; apte paratũ eſſe poteſt: niſi q̃litatũ ſpecierunq; ſit expers: quas ipſum recepturum ẽ. Videmus autem qui ex oleo uuguẽta conficiũt odorabilia: eo ipõ fetido uti. quiq; ex cera aut luto imagines formãt: molles in primis eiuſmodi ma/terias: ac pro uiribus infiguratas reddunt. Conuenit aũt omnino ſuſceptibili materie: ſi uarias formas ſit ſuſceptura: nulli eoꝝ ſubeẽ nature: ſed nulla ſine q̃litate: ad ſpecies ſuſcipiẽdas: ac ſine ſpecie eẽ. Veruntamen cum talis ſit: neq; res corporea eſt: neq; incorporea: ut es potentia ſtatuã eſſe dicimus: quia ſuſcepta forma iam ſtatua confecta eſt. ſed principalem rationem materia recipit. Rurſus et alia principia amplexus eſt: quod eſt ſcilicet idearum: et patris et cauſe omniũ dei. Vniuerſaliter autẽ quicquid fit: ſcd'm intẽtionẽ ad aliquid fieri debet tanq̃ ſi a quodam quicquid fieret: ut a me imago mea ut exemplar proponatur: neceſſe eſt. Alioquin extra exemplar unuſquiſq; artificũ eſſet. qui in ſe prorſus exemplar cõ/tinet: cuius formam materie apponit. Finiũt autem ideã exẽplar externum eorum: que ſunt ſcd'm naturam. Neq; Platoni placet: pluribus artificum eſſe Ideas: utputa ſcuti aut lyre. Neq; eorũ que ſunt preter naturam: utputa: febris. et bilis. neq; ſingulariũ: ut So/cratis et Platonis. neq; minutiſſimarum rerum: ut ſitus: et feſtuce. neq; ad aliquid: ut maioris et excellẽtis. Sunt enĩ Idee intelligẽtie eterni dei et res perfecte. q; autem ſint Idee: ſic probari põt. Siue enim deus ſit mens ſiue intelligentia: quedam ſunt intellectiones: et he quidem eterne atq; immutabiles. Sint aũt: hoc eſt: ſunt idee. etenim ſi materia ſcd'm ſuam rationem: ſine menſura eſt: ab altero quodam: et immateriali ſuas menſuras aſſequi debet. quod quidem ꝓcedit. excellitq;. deſſiat ergo ipſa. ſi aũt hoc eſt: ſunt idee. mẽſure quedam immateriales exiſtentes. Item ſi mundus non eſt talis ex caſu: nõ ſolum ex quodam factus eſt: ſed etiam a quodã: nec ſolũ hoc: ſed ad quiddam. Id uero ad quod factum eſt. quid nã aliud

eſt: q̃ Idea? quare ſunt igitur idee. Veruntamen et ſi intellectuſ a uera opinióe differt: et intelligibile differt ab opinabili: qđ qdẽ ſi eſt: et intelligibilia aliena ſunt ab opinabilibuſ. Idcirco et prima intelligibilia ſunt: ſicut et prima ſenſibilia: ſi autem hoc: ſunt igitur idee. Itaq; ſi intellectuſ a uera opinióe differt. igitur ſunt idee. de/inceps autem de tertio principio ſermo faciendus eſt: quod Plato putat minuſ oportere: neq; de eo dicendum. Narrem uſ tamen de ipſo ſecundum húc modum. ſi autẽ hec intelligibilia: nec ſenſibilia ſunt: nec participantia ſenſibilium: ſed primorú quorúdam intel/ligibiliú: ſunt prima intelligibilia ſimplicia: ſicut et p̃ma ſenſibilia. precedenſ autem eſt. igitur et ſequenſ. homineſ quippe tanquam paſſióe ſenſuſ affecti: repletiq;. ut p̃ligerẽt intelligere intelligibile haberent ſenſibile in phantaſia. et magnitudiniſ ſuper intelligunt. et figuram. intelligibilia pure non intelligunt: dii autem remote a ſenſibilibuſ: pure et immixte: quoniam anima: intellectuſ melior eſt. intellectu uero: qui in potentia eſt: iſ qui ſcđm actum omnia intelligit: et ſimul: et ſemper. hoc aũt melior eſt: qui eſt eiuſ cauſa. ille ſcilicet qui ſublimior hiſ extat. Iſ eſt eni deuſ prima cauſa: que ſemper intellectu agit: cum toto celo agit tamen in illud ipſe im/mobiliſ maneſ. ut ſol oculorú aciem. ſi quãdo quiſq̃ in eú intueat̃. Vtq; appetibile mouet appetitum: immobile permaneſ: ita et ip̃e intellectuſ una cú toto celo mouet intellectum. Cum aũt p̃muſ intellectuſ optimuſ ſit opuſ ẽ enim: ut illi optimo intellectuſ ſub/iiciatur: cum nihil meliuſ ip̃o ſit. Seipſum igitur ſuaq; intelligibilia intelligit ſemper. et ipſe eiuſ actuſ habet̃ idea. At uero primuſ deuſ eternuſ eſt: ineffabiliſ: per ſe perfectuſ id ẽ ſemper perfectuſ. omĩ modo perfectuſ id eſt ex omni tempore perfectuſ. diuinitaſ. ſub/ſtantialitaſ ueritaſ commẽſuratio: bonú haud quaq̃ tanq̃ diuideſ: hec dixi: ſed tanq̃ ſcđm omnia: uniuſ rei intellecte: et bonú quidẽ eſt. qui omnia in ſua potentia operat̃: uniuerſi boni exiſteſ cauſa. honeſtum: cum et nature ipſe ſit complemẽtum & mẽſura ueritaſ: quia uniuerſe ueritatiſ ipſe principiú eſt: ſicut eſt ſol totiuſ lumiſ. pater autem ẽ: cum omnium cauſa ſit: cunq; celeſtem ornet intel/lectú animãq; mundi: et apud ſemetip̃m: et apud eiuſ intellectóeſ. Nam ſcđm eiuſ uoluntatem: omnia replet: animam ipſiuſ mundi excitanſ: et in ipſum reflectitur intellectuſ: cum ſit eiuſ cauſa: qui a patre ornatuſ hoc in mundo uniuerſam ſimul naturam ornat. Ineffabiliſ aũt eſt: ac ſolo intellectu cóprehẽſibiliſ: ut p̃diximuſ:

quoniam neq; genuſ eſt: neq; differētia. At uero nihil penituſ ſibi
accidit: non malum: haud enim dictu faſ eſt. nō bonum: ſecundū
participationem enim cuiuſdam rei ipſe et maxime bonitatiſ eſt.
neq; differentia: non enim id eſt ſcđm ſententiā: neq; quale: haud
enim qualificatum eſt. neq; effectum eſt a qualitate. neq; enī ſine
qualitate: cum non priuetur eſſentia qualitatiſ. cum ipſum eſſe ad/
ueniat ipſi qualitati. neq; parſ alicuiuſ eſt. neq; ut totum habenſ
quaſdam parteſ. neq; ut idem: cum aliquo eſt aut alterū: nil deniq;
ſibi accidit: ſcđm ꝙ poteſt ab aliiſ ſepari. neq; mouet. neq; mouet̄.
Erit igitur prima eiuſ intellectio ſcđm horum ſemotionem: ut &
ſignum intelleximuſ ſcđm remotionē a ſenſibili ſuperficiem ꝑmū
intelligenteſ: inde lineam: poſtremo punctum. Secunda autem in/
tellectio eiuſ eſt ſcđm analogiā ut habet ſol quodāmodo ꝓpriā
rationem ad aſpectum: et ad ea: que uidentur: cum ipſe aſpectuſ
non ſit: ſed quibuſdā uiſum prebet: quibuſdam ut uideātur: eandē
habet intellectuſ rationē: et ad eā que eſt in anima intellectionē:
et ad ea que intelliguntur: quippe cum non ſit intellectio: ei p̄bet
ad intelligendum: atq; intelligibilibuſ: ut intelligant illam. que in
ſe ipſa eſt: illuminānſ ueritatē. Tertia uero intellectio huiuſcemōi
eſt. proſpitienſ enim quidam honeſtum: quod in corporibuſ eſt:
deinde tranſcendat ad eiuſ decorem: tum quod in ſtudiiſ eſt: et le/
gibuſ: poſtea ad plurimū pelaguſ honeſti. poſt qđ intelligit ipſum
bonum: et rem amandam: et deſyderandam: quaſi lumen quodam
apparenſ: atq; irradianſ: et ſic allectam: atq; tractam ſurſum aīmā
eo aūt bono deum ſimul intuetur: propter bonoriſ excellentiam:
et ſine magnitudine: primum quoddam eiuſ. parſ enī: et id de quo
priuſ eſt: huiuſ cuiuſ parſ. etenim ſuperfitieſ priuſ ē: q̄ corpuſ et li/
nea priuſ q̄ ſuperficieſ. quippe qui parteſ non habet: immobiliſ eſt
ſcđm locū et alterationē. Nam ſi alteratur. uel a ſe: uel ab altero:
ſi ab altero illud erit eo fortiuſ. Si autem a ſe: uel in deteriuſ alte/
rabitur: uel in meliuſ. utrunq; deniq; abſurdum. ex quibuſ om̄ibuſ
inducitur: ipſum incorporeū eſſe: quod ex hiſ quoq; demōſtrabit̄.
Si enim deuſ corpuſ eſt: ex materia et forma utiq; eſſet: cū omne
corpuſ ex binario quodam ſit. ex materia ſcilicet et ea: que cum
ip̄a eſt forma: que quidem ideiſ ſimiliſ eſt: et earum particepſ. Ne/
fandum autem atq; abſurdum profecto eſt: deum ex materia eē
et forma: cū neq; ſimplex eēt: neq; principaliſ. quapropter incor/
poreuſ erit deuſ. Si corpuſ iſ eēt. ex aliqua foret materia. aut igniſ

denique eſſet: aut aqua: aut terra: aut aer: aut quiddam ex his. At et horum unumquodque haud principale eſt. Preterea ſi ex materia eſſet: poſterius materia foret: quibus inconuenientibus datis: concedendum eſt: ipſum incorporeū eſſe. Nanque ſi corpus eſt: genitus erit et corruptibilis: atque tranſmutabilis: que omnia in eo abſurda ſunt. Et enim qualitates ad hunc modum in corpore eſſe demonſtrantur. Omne corpus ſubiectum eſt. qualitas aūt nō ē ſubiectū ſed accidens. non igitur corpus qualitas eſt. Item qualitas qualitati contrarium: ſed corpus corpori minime: corpus quoque a corpore inquantum corpus: nihil differt: qualitati aūt differt: mīme corpe. Non igitur q̄litates ſunt corpora. Optime dictum eſt: quod materia eſt ſine qualitate: qualitatem immaterialem eſſe. ſi autem qualitas immaterialis: incorporea utique qualitas eſt. At ſi qualitates corpa ſunt: duo triaque corpora: eodem in loco erūt: quod quidem abſurdiſſimum eſt. Si igitur qualitates in corpore ſunt: et eorū creator incorporeus eſt. Item q̄lificantia nequaq̄ alia ſunt: q̄ incorporea. Nam corpora paſſibilia: fluxaque ſunt: et non ſemper ſcd̄m eadem et eodem modo ſe habentia: neque manentia: neque firma que quidē in quibus uidentur: quiddam agere multo cum additamento inueniuntur patientia. Itaque quemadmodum quiddam eſt paſſibile ſimpliciter: ita adhuc dandum eſt ſimpliciter agens: quod profecto non aliud: q̄ incorporeū inuenimus. Hec de theologicis principiis dicta ſint. Et deinceps ad naturalem locum tranſeamus: principiū hinc ſumentes. Cum enim ſenſibilium ſecundum naturam: ſingulariumque oporteat eſſe ideas. Exemplaria quedā determinata: quorum et ſcientie fiant: et definitiones. Nam preter omnes homines: intelligere quendam hominē opus eſt: et preter omnes equos equū: et preter animalia animal ingenitum: atque incorruptum. et quemadmodum ex uno ſingillo cōplures fiunt impreſſiones: ſic ex uno homine milies milia imaginum: quarum Idea cauſa eſt. principiū quoque eſſendi uniuſcuiuſque talium: ut ipſa: eſt apparatus quidam neceſſarius. et maxime decorus: ut cum mundus ab illo fabricatore deo factus eſt in quandā ideam mundi proſpexit: que mundi exemplar ē: ac ſi ſculptus ab ea ſit: cui aſſimulatus eſt: qui denique deus ſecundum mirabiliſſimam prouidentiam ſuam: et iudicium: ſuaque bonitate: uenit ad mundum perficiendū. Ex tota igitur materia cōfecit ipſum: que inordinate: deformiterque mouebatur: ante celi generationē: ex ſua ordinatione eā recipiens: ad optimū induxit

ordinem. Condecētibuſ numeriſ: atq; figuriſ: eiuſ ptes formauit.
ut diſcerni dilucide poſſit: quo mō nunc ſe habeāt igniſ et terra:
ad aerem et aquam: ueſtigia quidem nuper habentia: ac recep/
taculum uirtutiſ elementorū: que antea ſine menſura: ratiōeq;:
et materiam mouebant: et ab ea ipſa mouebantur. ex quolibet
enim toto quattuor elementorum generauit: et ex igne toto: &
terra et aqua et aere: nullam partem cuiuſuiſ neq; potētiam p̄/
termittenſ. intellexit primū quidem id: quod efficiē: oportere
corporeum eſſe: ac omnino palpabile: uiſibileq;. ſine igne autem
et terra: non poteſt aliquid uiſibile eē: aut palpabile. Itaq; ſcd̄m
conuenientem rationem ex terra: igneq; illum fecit. Ceterū quia
aliquo egebant uinculo ad regimen amborum: ut manerēt: di/
uinum illud analogie uinculum in medio poſuit: quo ligarētur
et ſeruarētur. Planuſ quidē nō fuit mūduſ. nā illi una medietaſ
defuiſſet: ſed ſphericuſ: cum ad ordinem complendum: duarum
medietatum indigeret. Idcirco in medio igniſ: et terre aer con/
ſtitutuſ eſt et aqua: ſecundum analogie modū: ut ſicut ſe habet
igniſ ad aerem: ita ſe habeat et aer ad aquā: et aqua ad terram:
et econuerſo. Nihil uero foriſ reliquit: et unigenitum mūdum
fecit: et ſecūdum numerum uni idee aſſimilatum. Preterea neq;
egrotantem eum fecit: neq; ſeneſcentem. neq; ita: ut aliquid ac/
cidere illi poſſet: quod intentum propoſitumq; auferret: ex om̄i
parte ſufficientē: ac nihilo extrinſecuſ omnino egentem: ei cir/
cumpoſuit figuram pulcherrimam: capaciſſimamq; figurarum:
ad motumq; aptiſſimam. Cunq; neq; uiſuſ indigeret: neq; audituſ
neq; aliuſ prorſuſ huiuſmodi alicuiuſ non illi p̄hibuit ad ad miniſ/
trationem talia inſtrumenta. pretermiſſiſ autem ceteriſ motibuſ
ſolum ei tradidit circularem: qui propriuſ eſt intellectuſ: et pru/
dentie. Duo autē ſunt: ex quibuſ conſtitutuſ ē munduſ: corpuſ
ſcilicet et anima: quoꝝ primum uiſibile: corruptibileq; ē. Alterū
inuiſibile: et impalpabile: quorūq; potentia: cōſtitutioq; ad al/
terutrum: et inter ſe magnopere differunt. Corpuſ nāq; eiuſ ex
igne terra: aqua: et aere factum eſt. Hec enim quattuor opifex
ipſe mundi accipienſ: nundum ordinem habentia elementorum
pyramide: cubo octāgula figura: atq; uiginti angula figurauit:
ac in omnibuſ duodecim angula. At ſecundū quod materia py/
ramidiſ accepit figuram. Igniſ effectuſ eſt: figura maxime diui/
ſibiliſ cum ſit: anguliſq; paucioribuſ conſtituta: ac rariſſima: ſcd̄m

autem φ figuram octangulam accepit: qualitatē aeris ſumpſit: ſecūdum uero: φ figuram uigintiangulam ſumpſit: qualitatem aque habuit. Cubi uero figuram terre tradidit: cum ſolidiſſima: ſtabiliſſimaq; ſit. Figuram autē duodecimangulam: ad uniuerſum accommodauit. Harum autem principaliorꝶ omniū natura planorum eſt: que plana aūt ſunt: ſolida precedunt. Plane uero nature tanquā duo progenitoreſ: duo ſunt triāguli: qui optimi ſunt orthogonii. Scalenuſ et iſoſceleſ. Scalenuſ unum quidem angulum habet rectum. Alterum uero āgulum duplum: ad tertium ſuum angulum: qui igitur Scalenuſ triangulus pyramidiſ et octaedri: et icoſiedri: elementum ſit. Pyramide quidem ex quattuor equilateribuſ triangulis conſtituente in ſex triangulos ſcalenoſ: que dicta ſunt uno quoq; diuiſo. Octaedro autem: ex octo ſimiliter diuiſorꝶ unūquodq; in ſex ſcalenoſ. Icoſiedro aūt ex uiginti. Alter aūt ſcilicet Iſoſceleſ cū conueniūt q̄drangulū cōſtituūt: ex q̄buſ ſex q̄drāgulus cubuſ cōſtituit. Dodecaedro uero ad uniuerſū deuſ uſuſ ē: qm̄ et ī celo duodecī ſigna ſpeculamur. in zodiaco circulo: quorꝶ ſingula in pteſ triginta diuidūt. Eodē mō in dodecaedro: ex quinquanguliſ duodecim exiſtēte diuiſiſ in quinq; triāguloſ: ut ſingulū. ex ſexanguliſ ſit cōſtitutū. In toto dodecaedro trecentiquadraginta inueniunt triāguli et tot in zodiaco exiſtūt parteſ: quibuſ igitur a deo informata materia. primum quidem ſuiſ ueſtigiiſ inordinate mouebatur: deinde diuiniſ parentia preceptiſ: inuicem omnia aptata ſunt analogia. Non manent aūt hec diſcreta ſecundum locum. Sine intermiſſione autem et terre: et materie motum prebent: quoniam mundi circumfluxu compelluntur: atq; concretiſ inuicem que tenuiſſima remanent ferūtur in ampliorem locū. quaq̄dem igitur decauſa nullum uacuum relictum ē: quod corpe deſertū ſit. Diſcordia autem que adhuc permanet: tonitruum cauſat. Ab hiſ enim rebuſ materia mouetur: et hereſ ab illa. Corpora q̄dem per potentiaſ: que in animo ſunt eiuſ doctrinam conſituunt. nā cum eorum: que ſunt: unumquodq; animuſ noſter iudicet: omnium rerum ſibi conſtituit principia. Itaq; ſemper unumquodq; accidentium: ſecundum affinitatem quandam: ac propinquitatē ſpeculanteſ: concordiam operibuſ: et ſubſtantiam eiuſ ſubſtituamuſ. Cum igitur intelligat quandā eſſe intellectualē ſubſtātiā indiuiſibilēq;: atq; aliā circa corpora diuiſibilem: ſubiecit oñdenſ:

ꝙ utraq; ſubſtantia pőt adherere intellectui. Reſpiciens autem et ſimilitudinem: et diuerſitatem: que ſunt in rebus intelligendis: ex omnibus his collectis conformauit animum. Aut enim ſimile ſimili cognoſcitur: ut pythagoricis placet. Aut diſſimile diſſimili: ut Heraclito physico. Cum uero dicat genitum eſſe mundum: non ſic illud: audiendum eſt: ut aliquando tempus fuerit: quo non eſſet mundus: ſed quia ſemper in generatione. at eius ſub/ſtantie principalem: oſtendit quandam eſſe cauſam: atq; animã quidem mundi: que ſemper eſt: nequaq̃ deus facit: ſed perornat eamq; excitat: et ad ſe conuertit: et ſuum intellectum. Ac ex profunda quaſi quadam ebrietate: aut ſomno: ut ad eius intel/ligibilia proſpiciens reſpiciat: ſpecies et formas eius intelligibilia concupiſcat. Itaq; dilucidum eſt: ꝙ mundus animal ſit: et intel/ligibile quippe cũ ſummus ille artifex deus: eum optimũ facere uellet: conſequenter animatum: atq; intellectualem ipm fecit. nam quod animatum eſt: melius eſt non animato. totũ melius: non toto: et intellectuale: non intellectuali: cum intellectus fortaſſe: ſine anima nequeat ſubſiſtere. Anima uero extenſa cum ſit: a medio: ad extremitates uſq;: contingit ipam: corpus mũdi: circumcirca: ubiq; continere. implereq;: ut in toto mundo ipſa extendatur: colligatq; eũ: atq; contineat: et que extrinſeca ſunt in inferioribus coartentᷣ. nã que extra ſunt: abſciſſa manſerunt: que uero intus: in ſeptem circulos diuiſa ſunt ab initio diſtributa: ſecundum dupla ac tripla interualla: que quidem circũducitur: & ipſa immobili ſphere proxima eſt: que uero mouetᷣ altero mo/uetur. Motus enĩ celi: qđ omnia cõtinet: nullo errore uagatur: ſed unus eſt: et ordinatus: qui uero interiorũ: uarius eſt: et a pmo alienus eſt: ortu: et occaſu: qua de cauſa et error quidam uocatᷣ. Fertur autem quod extra mouetur: uerſus dextram: ab ortu in occaſum: quod uero intra eſt: econuerſo in ſiniſtram: ab occaſu ad ortum mundo aduerſans. Fecit autẽ deus & ſtellas: et aſtra: et horum quedam ſine errore q̃plurima numero: ad ornatum celi et noctis: que uero ſint ad generatõnem numeri: et tempo/ris: rerumq; probationem: ſeptem ſunt. etenĩ tempus: temporiſq; interuallum: mundi motus fecit: quaſi imaginem quãdam ſeculi. Stellarum uero inerrantes: nec illis ſimiles ſunt uirtute. Siquidem et ſol omnium dominatur. omnes illuminat: omneſq; oſtendit. Lunam uero ordine ſecundam: ob ſuam uirtutem ſpeculamur.

Aliorum autem planetarum analogice:ſecundum portionem:
quilibet propriam habet uirtutem.luna quidē menſiſ menſuram
facit:orbem ſuum circumagenſ:quo in tempore ſolem compre/
hendit. Sol uero in anno circumienſ quidem orbem zodiacum:
complet tempora anni. Ceterorumq; ſinguli propriiſ per ſe re/
uolutionibuſ utuntur:que non ab omnibuſ contēplari queunt.
ſed ab iiſ dumtaxat:qui diſciplinis dediti ſunt. Ex omnibuſ uero
reuolutionibuſ perfectuſ numeruſ:ac tempuſ determinatur:cū
ad idem punctum.planete omneſ conuenerint:atq; hunc reci/
piant ordinē:ut a ſphera non errantiū:linea intellecta reſpiciat
in terram ꝑpendiculariter:eorū centra in ipa ſpeculemur. Septē
igitur globiſ:qui in ſphera non errante ſunt.ſeptem corpa deuſ
uiſibilia condidit:ingentiſ ſubſtantie:ac in altero circulo errāte
aliaſ aptanſ ſpheraſ.lunā quidem ipam primo circulo impoſuit.
Solem in ſecūdo.luciferum uero: et ſtellam ſacram:que Mer/
curii nūcupatur:hec in equa ſoliſ celeritate:ſuū tranſigit orbē:
ab eo tamen remota. Supra ceteroſ omneſ ſed illiſ tamen tardi/
orem ſecundum propriam ſpheram:ſub ſphera non errantium:
ſtellam poſuit: quam quidam Saturni nuncuparunt: que uero
a tarditate ſecūda eſt.poſt hanc. Iouiſ ſtella eſt denominata.ſub
q̄m ſtella eſt Martiſ. Octaua uero que ſuperior ē:hoſ ſeptem
orbeſ ambit. Omneſ autem hi intelligibilia ſunt animalia:ſunt
dii:et ſphērice figure. Sunt autem et alii demoneſ:quoſ quiſpiā
uocaret Semideoſ in ſinguliſ elementiſ. Illi quidem inuiſibileſ:
ſed hi inuiſibileſ ſunt in ethere ſcilicet et igne:in aere:et aqua ut
nulla quidem mundi parſ anime ſit expſ:cum nullū principium
nature ſit aīmali meliuſ:hiſ ſubordinata ſunt oīa:que ſublima
ſunt:et terreſtria. Deuſ quidem ipſe uniuerſi conditor eſt:et de/
orū:et demonum:qđ quidem uniuerſum ſolutionem:interitūq;
non habet. Ceterarum uero rerum illiuſ filii duceſ ſunt:ſecundū
eiuſ preceptum:et ſecundum mutationeſ agenteſ quicqd agant:
a quibuſ ſortilegia uiſa:ſomnia:oracula et quicquid deniq; uati/
cinii a mortalibuſ machinatur. Terra in medio omnium ſita ē:
ſuo ordine, coartata infra polum p totum.cuſtoſ diei:ac noctiſ
deorum antiquiſſima:infra celum et poſt animam mūdi:que a/
bundanter cibum nobiſ prebet. Aſtrum quoddā et ipſa eſt:que
in medio iacet:ac manet eā cōtinentiū. Ether aūt ab extremo
diuiſuſ in ſpheram inerrantium & errantium poſt quaſ & ſphera

aeriſ eſt: cuiuſ in medio terra ſita eſt: cum ſuo ipſiuſ humore. Cũ
autẽ illi hec ornamenta cuncta feciſſet. Tria animantiũ genera
deerant: que futura mortalia eſſent. Volatile ſcilicet aquatile: &
pedeſtre. Filiiſ ſuiſ diiſ precepit: horum faciẽdorum negocium:
ne forte ſi ab eo plaſmarentᷣ immortalia fierẽt. Nam hi a ꝑma
materia quaſdã partiũ mutuo capientеſ ad determinata tẽpora
tanq̃ id rurſuſ redituri mortalia animantia cõdiderũt. Cũ uero
de humano genere tanq̃ maxime diiſ finitimo: patri omnium
rurſuſ cure fuit: una cũ ſuiſ natiſ diiſ in terram miſit huiuſ generiſ
animaſ: omniũ plaſmator numero: aſtriſ eq̃leſ. Omniſq; miſciens
in conſtitutum quoddam aſtrum: tanq̃ in uehiculum. Poſuitq;
eiſ more legiſ latoriſ fataleſ legeſ. ne cauſa ipſe foret: ꝙ paſſioneſ
a corpore mortaleſ naſcerentur. Primo quidem ſenſuſ adhibituſ
eſt. deinde uoluptaſ: et dolor. timor. et ira: qui dominaretᷣ q̄dẽ:
ſed nullo modo cogerent: que iuſticiam ergo ſequerẽtur: uiuẽt
ac in conſtitutũ aſtrũ deſcendent. Que uero iniuſticiã mulieriſ
uitam: in ſecunda generatione uiuent: non ceſſanteſ autẽ: quod
extremum eſt: in naturam beſtiarum. atq; finiſ laborum erit: ut
uincant: que ſibi inata ſunt: ac in proprium deueniant habitum.
dii deniq; hominẽ principaliter formarunt ex terra: igne: aere:
et aqua: particulaſ quaſdam mutuo ſumẽteſ reſtituendaſ. Com/
poſuerũt ſingula corpora ſuo ope inuiſibilibuſ uinculiſ. Infuſe
anime dominium capiti alligarunt. cui quaſi campũ quondam:
cerebrum ſubiecerunt. Circa oſ uultumq; inſtrumenta ſenſuum
poſuerũt. que dignũ proficerẽt miniſteriũ. Cerebrũ aũt: ex in/
uertibilibuſ: leuibuſq; triangulĩſ: ex quibuſ elemẽta cõfecta ſunt
compoſuerũt: ad generationẽ ſeminiſ futurũ. Oſ uero ex terra
medullaq; commixta: que aqua igneq; intincta ſit. Nerui uero
ex oſſe: carneq;: caro aũt: quaſi confecta ex ſalſo: acidoq;. Cir/
cumpoſuerunt quidem cerebro oſſa. Oſſibuſ uero ad uinculum
eorũ neruoſ: ut ꝑ neruoſ ãnecterentᷣ articuli: et faciliuſ flecte/
rentᷣ: ac ꝑ carnem opimentũ eſſet hiſ quoddã: que tum albatum
nigra: plaſmata eſt: ad bonũ corporiſ uſũ. q̄buſ q̄dem et maiora
uiſcera cõtexta ſunt: et uenter: et interiora circa eum reuoluta.
ab ore autem arteria et fauceſ: illa quidẽ in ſtomachũ. ipſe uero
in pulmonem tendũt. coquiuntᷣ autem cibi in uentre: et ſpiritu:
caloreq; preciduntur: et mollificantur. et ita per totum corpuſ
recepti mutantur in propriaſ ſubſtãtiaſ. due aũt uene per reneſ

tranſeūt: que mō cōtrario caput cōplicāt: ſibi inuicē occurrētes:
ex quo loco deinde in plurimas diuidunt̄. Itaq; cum dii hoīem
fecissent: illiusq; animam corpore induissent: ei dominatem: ipsius
principatū: ſcd'm rationē in capite formarunt: ubi ſūt medulle:
neruorumq; principia. et ſecundum ſuaſiones amētie: ubi et ſen/
ſus circumdant: qui principatum in capite muniunt: quo in loco
potentia eſt rationatiua: et iudicatiua: et ſpeculatiua. Paſſibili/
tatem quidem anime inferius poſuerūt. Iracundiā quidem circa
cor. Concupiſcentiam uero circa iecur: et loca: que ſunt prope
umbilicū: de qbus poſtea dicet̄. Apud faciē uero oculos firma/
rūt: q lucē afferant: ſed in ipſis recluſerūt uim ignis illuminatiuā:
lenem ac denſam: quā fratrem: ſororem ue putauerūt cotidiani
luminis. Hec igit̄ uis p totos oculos p̄ſertim circa eorū medium:
diſpoſita eſt: que puriſſima: pfectiſſimaq; eſt: que cū re externa
cōformata: ut ſimilis ſimili: ſenſū uiſus pbet. Vnde nocte lumīe
abſente: aut ꝓximo aere obtenebrato: non amplius ꝓducitur. a
nobis radioꝝ fluxus: que uero intus continet̄: lene facit: et pro/
fūdit motus qui ſunt in nobis: ac effectū ſomni īducit: apud qd̄
palpebre clauduntur. Itaq; ꝓfūda qete facta: ſomni incidūt in
illis: q breuia ſōnia hn̄t. Suſceptis aūt qbuſdā motibus: frequētia
fiūt in nobis phantaſmata. fiūt circa nos ac conſtituūt̄ phātaſie
ducte ſcd'm ꝓceritatē: ut et uiſio: et ſomniū. hec autem ſequūt̄
imaginatiōes: que p ſpecula fiūt: et ceteroꝝ quecūq; diaphana:
leuiaq; ſūt: nec aliter pficiunt̄: q̄ ſcd'm refractionē: ut ſi ſpecula:
cōuexitatē: aut cōcauitatē: aut longitudinē habeāt: differētes
cauſant̄ phātaſie: cū ecōtra repellāt uerſus alteras ptes: ac labāt̄
quidē: a conuexitate: ſed concurrant in concauitatē. Sic eni in
qbuſdā quidē et cōtrariis ſiniſtrū: et dextrū uidetur. In qbuſdā
ſcilicet equalitatē. In quibuſdam autem inferiora: in ſuperiora
et econuerſo coincidunt. Auditus aūt factus ē: ad cognitionem
uocis. Incipit a motu q circa caput ē. finit apud ſedē pricipātis.
Vox uero ē ad cerebrū: et ſanguinē: ſed delata uſq; ad animam
pcuſſā. Ac cuta que celeriter mouet̄: grauis que tarde: magna q/
dē: que multa eſt: ſed pua que pauca. hāc uero ſequit̄ uariū uis:
que in ſenſu odoratorū cōſtat. Odoratus aūt ē paſſio: deſcendēs
a uenis: que ſūt in naribus: uſq; ad loca umbilico ꝓpinq̄. Species
huius ſēſus nō ſūt noiāte: exceptis duabus. & he qdē generaliſſie.
odor. ſ. et fetor: que denominationem hn̄t doloris et uoluptatis.

Omnem odoratū aere conſtat eſſe craſſiorem:ſed aqua ſubtiliorē.
Noſ uero in quibuſ genuſ odoriſ dicitur:quoniā eorum eſt: que
nunq̄ mutationem recipiūt perfectā:ſed cum aere & aqua:habēt
cōmunitatem.hec autem eſſe: & ſecundū fumum:& caliginem: qui
cum inuicem uiciſſitudinē habeāt.ſenſuſ perficit̄ adoratuſ. Guſtuſ
quidem ex diuerſiſſimiſ cibiſ cum ſit: regulam quandā poſuerunt ei
dii:ab ipſa uſq; ad cor uenaſ extendenteſ:ad futura experimenta
& iudicia ſaporum.hec autē collata: & diſcreta: ſecundū accidentia
ſaporum: diuidunt in hiſ differentiaſ. Sunt autē ſaporū differentie
ſeptē. dulciſ:acutuſ:mordax:auſteruſ:ſalſuſ:acerbuſ: amaruſ. Sed
dulciſ ceteriſ omnibuſ contrariuſ habetur.diffundit autē propriā
humiditatem: que apud linguam eſt. Reliquorum uero ſaporum
qui perturbant lacerantq; acutoſ uocant.qui calefaciunt:ac ſurſū
tendunt:mordaceſ. Qui ualide muudant.ac liquefaciunt:amaroſ.
qui paulatim mundāt:ac purgant:ſalſoſ uocāt. Qui uero afferāt.
indicentq; doloreſ: ſintq; aſperioreſ:acerbi ſūt. Qui uero minuſ id
cogant:auſteri. Viſ autē tactuſ:a diiſ fabricata eſt:receptiua fri/
goriſ: & caloriſ. molliumq; rerum: atq; duriorū. leuium: & aſperarū.
Vtq; in hiſ differentiaſ indicemuſ: conuenientia quidem dicimuſ:
que tactū recipiunt. Contraria uero: que non ſunt ſimilia. Id autē
contingit circa fundamenta horum corporum? Que quidē habēt
maiora corpora: firma ac ſtabilia ſūt. Que uero ꝓcedunt in paruo.
ſubtilia & mollita. & que de facili mutentur: conſiſtunt. Aſperum
autem eſt: quod non lene:ſed durum eſt. Lene autem: quod cum
denſitate politū eſt. Paſſioneſ quidem caloriſ & frigoriſ. cū inuicē
q̄ maxime aduerſentur: & cōtrariiſ cauſiſ conſtant. Nam id quod
parteſ diuidit: acutie quadā: ac celeritate: calidū perficiat affectū.
Frigidū uero quod ſuo introitu uberiuſ eſt. cū minora ac parua
quidem expellant: que uim afferant: ut intrent in eorum ſedem.
Motuſ enim quidā: ac tremor tunc cōficitur. & hec paſſio in cor/
poribuſ tremor ē. Graue uero & leue per ſurſum quidē: & deorſū
minime diuidēda ſunt. cum horum nihil: aut ſurſum: aut deorſum
ſit. quippe cum totum celum ſperice ſit figure. & accuratiſſime per/
politum. ſecundū ſuperficiē exteriorē: haud digne quiſ q̄ ſupra: aut
infra: leuia: aut grauia: nominaret. Sed illud quidem eſſe graue: qđ
difficulter in locū: naturam: trahitur. Leue autē: quod facillime.
Preterea graue quidem: quod ex pluribuſ ē compoſitum partibuſ.
Leue autem quod ex pauciſſimiſ. Reſpiramuſ autem hoc modo:

circunfunditur quidem nobiſ exteriuſ: aer multuſ: qui per oſ: per nareſ: ceteroſq; corporiſ poroſ: qui ratione cóprehendunt: intrat. q calefactuſ: ad exteriora rurſuſ: ad cognatú feſtinat. Vtq; parſ aliqua eiuſ exit: externum circunpellit. econtra: ille rurſuſ aerem internú. & ſic ſine inter miſſione iſ circuluſ. cum cóficiatur: ſpiratio. & reſpiratio conſtituitur. Egrotationú uero cauſe cóplureſ ſunt. Primum quidem elementoꝝ: aut defectuſ: aut ſuperabundátia: ac tranſmutatio ad aliena loca. Sin autē conuerſa homogenorú ge/neratio. ut ſi ex carne ſanguiſ fiat. Sanguiſ autem biliſ. aut pituita. Nam per hec omnia: nil aliud fit: q̄ conſumptio. Pituita quidem conſumptio eſt noue carniſ. Sudor autem & lachryma eſt quaſi terminuſ quidam pituite. Pituita extra quidem ſi relinquatur: ma/culaſ & uitiligineſ generat. Intuſ uero ſi atre bili cómiſcetur: quem ſacrum morbum uocant: inducit. Acutum autē & ſalſum phlegma ſút egrotationú cauſa: que í fluxu ſút. Omnia uero: que a cholera inflámant: a cholera id patiunt. Innumeraſ ení paſſioneſ cholera: & phlegma cóficiút. Febriſ quidē cótinua fit: cú igniſ ſupabúdet. Cotidiana uero: cú aer. Terciana: cum aqua. Quartana uero: cú terra. Deincepſ autem de anima dicerem. hinc exordium ſumemuſ. q̄uiſ uideamur reiterare. Animá enim immortalē humaná a ſupre/mo deo accepimuſ: ut ipſi demonſtrabimuſ. Dii genera immortalia cum condidiſſent: duaſ appoſuerunt parteſ mortaleſ. & ne plene forent mortalibuſ nugiſ: diuinum quiddam: & immortale: in eorú corporibuſ collocarunt. quaſi in arce dominaſ: atq; regnanſ: caput eiſ in habitaculum tribuenteſ: demonſtrarunt. quod figurá inſtar uniuerſi cótinet. Aliud autem ad miniſterium corpuſ ſubiecerunt. illud tanq̄ uehiculú adhibenteſ. cuiuſ mortalibuſ partibuſ habita/culú: aliud ſinguliſ tribuerút. Iraſcibilem quidē partē cóſtituerút in corde. Cócupiſcibilem in loco. qui eſt inter umbilicum: & reneſ: eam illic uincienteſ: tanq̄ aſilum quoddam: atq; ſilueſtrē beluam. pulmoneſ autem cordiſ cauſa fabricarunt: ſine ſanguine. molleſ. ac quibuſdam foraminibuſ: poriſq; inſtar ſpógie affectoſ: ut cor ele/uatum ira: inflammatumq;: aliquid habeat refrigerii. Iecur & ad excitandá: & ad mitigandam: anime concupiſcentiam: dulcedinē: ac denſitatem habet. preſertim ad uaticinium ſomniorum patefaci/endum. Nam in eo propter lenitatem: ſpiſſitudinem: & luciditatē. ea uiſ apparet: que ex animo fertur. Splen uero ē iecinoriſ gratia. quo eú purget: ſplendidúq; reddat. corruptióeſ que ex quibuſdá

egritudinibuſ in interiore fiunt: in eum recipiuntur. Quod autem anima partita eſt ſecundũ potentiam: & ſecundum ratione̅ parteſ eiuſ: que ꝓpriiſ locis diſtribuuntur: hoc in loco addiſcemuſ. Primũ quidem illa altera natura: que natura ſunt ſeparata. Natura aute̅ ſeparantur paſſibile: & rationabile. quorum hoc circa intelligibilia Illud circa doloriſ uoluptateſq; affectioneſ uerſatur. Verſatur preſertim apud animalia paſſibilitaſ. Itaq; cũ alia ſint natura paſſibilitaſ: & rationabilitaſ: ut locis ſepararent̃: cõgruum fuit. Siquide̅ pugnare ſecum inuicem reperiũtur: cum nihil ſit: quod per ſeipſũ contra ſe pugnare queat. Neq; contrariorum aliqua inuice̅: circa ſe: ſecundum idem tempuſ conſtitui poſſunt. Intelligitur enim: in Medea ira ratiõi pugnã. Illud igit̃: ediſco inquit que agere debeo mala. Ira autem meiſ conſiliiſ melior ẽ. de Laio autem. Chryſippũ rapienſ libido cogitationi repugnat. dicit enim ſic: a areſ quippe diuina hominibuſ mala eſt: quando quiſpiam bonum uideat: quo minime utatur. Ite̅ ꝙ alterũ ſit ratiõabilitaſ: a paſſibilitate patet: cum aliud dilige̅tie adhibeat̃ rationabilitati ſcilicet per diſciplinã: hunc modum Plato demonſtrat eſſe immortalem. Anima cui quidem aduenit: huic affert uitam: quaſi id cognatum ſibi exiſtat: quod uero alicui affert uitam: incapax eſt mortiſ: cũ reſ eiuſmod immortaliſ ſit. Sin aute̅ anima immortaliſ eſt: perire nõ poteſt: cum incorporea: & immortaliſ: ſe undũ eſſentiam: ac intellect[illegible] aliſ: & uniformiſ ſit ſubſtãtia. Igit̃ incõpoſita [illegible] tibiliſq;. Corpuſ aute̅ omnino cõtrariũ. [illegible] poſitum: multiforme. & enim anima ad rem [illegible] affecta: obtenebratur. & perturbatur: [illegible] intelligibile uero: ipſa per ſe aff[illegible] ergo circa quod perturbat̃ [illegible] intelligibili. Intelligibile uero [illegible] tibile. Anima nanq; natura [illegible] diuinitati aſſimilatur. Itaq; anim[illegible] eſt: & perire non poteſt. Que uero [illegible] per ſe: ſed ſecundũ accidenſ nata [illegible] trarium autem eſt id: quod homine[illegible] eſt diſcretio anime: a corpore: ſit [illegible] corpore: ante corpuſ ſcilicet [illegible] tem & fuit ante: q̃ in corpuſ [illegible]

credendũ eſt. haud enim intelligi poteſt: eam aliquando corrũpi. Si diſcipline quidem reminiſcentie ſunt: immortaliſ denique anima eſt. ꝙ autem diſcipline reminiſcentie ſint: ad hunc modum inducit. Haud enim aliter diſcipline ſubſtarent: q̃ ſecundum eorum reminiſcentiam: que diu cognite ſunt. Nam ſi a pticularibuſ uniuerſalia cognoſcimuſ: quomodo pticularia queſo ptranſibimuſ: cũ infinita ſint? aut quomodo in paucíſ opinio noſ falleret? ut id utique ſolũ animal eſſe iudicemuſ: quod reſpiratiõe utatur. Aut quomodo igit̃ principaleſ erunt animi conceſſioneſ? Reminiſcentia igitur intelligimuſ a prauiſ phantaſiiſ: quibuſdãque particularibuſ incidentibuſ: eorũ reminiſcẽteſ: que iã diu acta ſunt. quorũ obliuionem aſſũpto corpore ſuſcepimuſ. Item anima: neque ꝓprio uitio. neque alio quodã. neque ſimpliciter: a quouiſ alio corrũpitur. Cum autẽ ita ſe habeat: incorruptibiliſ ergo eſt. quod quidẽ per ſe mobile ẽ principaliter: ſemper mobile eſt. quod uero huiuſcemodi: immortale. per ſe mobiliſ autem anima. quod uero per ſe mobile: principium eſt omniſ motuſ. & generationiſ. Principium autem innatum eſt. & perire nõ poteſt. Quamobrem. ſi omnium anima taliſ ſit. & humana ipſa. cũ ãbe uniuſ mixtioniſ participẽt. per ſe mobilẽ autẽ inquit animam cognatam habere uitam. ſemperque per ſe agentẽ. quod autẽ anime immortaleſ exiſtant. ſecundum uirum hunc affirmaret quiſpiam. Si uero de irrationabilibuſ quiſpiam dubitaret: credendum enim irrationabileſ animaſ: & nuda phãtaſia receptaſ: ac neque cogitatiõe neque iudicio utenteſ: neque ſpeculationibuſ. horumque aggregatione: neque uniuerſalibuſ perceptionibuſ: nõ intellectualeſ omnino eſſe. neque eiuſdem ſubſtantie eſſe: cũ intellectu rationabilique natura. ſed mortaleſ eſſe: atque corruptibileſ. ꝙ autem anime ſint immortaleſ: ratione concluſum eſt. quia ipſe corporibuſ decernuntur milibuſ plaſmatiſ naturiſ. ac multa permutare corpora: & humana: & non humana. uel numeroſ expectãteſ. uel deorũ uoluntatẽ. uel ꝓpter luxuriẽ. uel ꝓpter corpiſ amorẽ. Habent autẽ quodãmodo proprietatẽ inuicẽ corpuſ: & anima. ut igniſ & bitumen. qđ autẽ deoꝶ eſt. & ipſa anima poſſidet: ſcilicet iudicatiuum. quod & cognitiuum quiſpiam uocaret. & appetitum quidem: quã partem cupiditatem poſſumuſ nũcupare. & excandeſcentiã. aut irã. que potentie. cũ in animiſ hominũ ſint: poſt corpuſ acceptum: quaſi mutationẽ recipiunt. ut excandeſcentia in deſiderium. & appetituſ in iram. ¶ De fato autem. que huic uiro placent: talia ſunt. Omnia enim inquit:

in fato eſſe.nõ tamē omnia fato agi. quippe: cũ fatum legiſ ordinē
contineat: non eiuſmodi dicit. quoniã id quidem hec faciet. Id autē
hec operabitur. In infinitum enim hoc progrederetur. cũ infinita
ſint: que facta ſunt: infinita eſſent: que eiſdem acciderent. quoniã
laudeſ auferrent a nobiſ. & uituperationeſ. & quicquid eiuſmodi ē.
At cum anima recipiat talem uitã: opereturq; aliqua: unde & aliq̄
ſequentur. Sine dominio igitur: eſſet anima. & non neceſſe in ipſa
effectum eſſet: egiſſe quidem aliquid: aut non. Id quod ordine ſe/
quitur. ſecundum fatum cõplebitur. ut hoc: Pariſ rapiet Helenã.
ea poſito: illud ſequetur. Pugnabũt propter Helenam greci. Sic
enim Apollo Laio predixit. Si enim cõcipieſ filiũ: qui genituſ erit:
te interficiet. Itaq; in oraculo continetur quidem & Laiuſ. & eum
generare filium. Fatum uero fuit: quod ſequutũ eſt. Natura autē
poſſibiliſ in medium quo dãmodo cecidit & ueri & falſi. Id autem
cum natura in nobiſ tanq̃ infinitum deuehatur. nobiſ eligentibuſ
illud fit. hoc erit. aut uerum. aut falſum. eiuſ uero potentia diſtulit
hec: quod ſecundũ habitum: & actum dicitur. quod uero potētia
eſt: aptitudinem quandam ſignificat: ad quoddam: quod nondum
habeat habitũ. ut puer potentia grãmaticuſ. tibicen: & faber lig/
nariuſ dicitur. Erit autē eo tempore in habitu. aut hoꝝ ſinguloꝝ:
aut duorum: cum addiſcat: & acquirat quendam: aut quoſdam ex
eorum habitibuſ. ſecundũ actum. aut cum operatur: ab eo habitu:
quem acquiſiuit. fieri autem poteſt. nihil horum eſſe futurum. In/
finite autem dicendum eſt. ꝙ in nobiſ ſecũdum uerticulũ quoddã:
ad utrunq; capitur: aut uerificandum: aut non. Deincepſ autem
tangenda ſunt capita eorũ: que apud hũc uirum de moribuſ trac/
tantur. Itaq; honoratiſſimũ: maximũq; bonorum: quod ne inuētu
quidem facillimũ: putauit: neq; ſecurum inuentoribuſ: ut ad omneſ
id proferat: ualde ꝑfecto pauciſ cognitũ. tradidit tamen de bono
preeligentibuſ audiendũ. Bonum quidem noſtrum: ſiquiſ diligenter
eiuſ tractatuſ inſpiciat: poſuit in ſciētia: ſpeculationeq; ſũmi boni:
quod & deum: & mentem primam quiſpiam nominaret. Siquidem
ea que apud homineſ quomodocunq; bona putantur: hanc deno/
minationem receperunt quomodocunq; participent illiuſ primi:
ac uetuſtiſſimi: que modo dulcia: calidaq; ſunt. ſecundum partici/
pationem primorum denominationem habent. Sola autem: que
in nobiſ ſũt: ueniũtq; in eiuſ ſimilitudiniſ conprehenſionē. menſ ſci/
licet & ratio. Itaq; hoc noſtrum bonum honeſtum eſſe inquit: ac

dignum diuinum: amabile: modeſtum: feliciterq; uocatum. Cetera uero que a plurimiſ dicunt bona: ut ualitudo & pulcritudo. robur diuitie: & hiſ ſimilia. nihil horum eſſe penituſ bonum: niſi eorũ uſuſ: cum uirtute ſit coniunctuſ. Nam cum ab ea hec ſeparantur: ordinẽ dumtaxat materie retinent. illiſ ad malum effectum. qui eiſ praue utuntur. bene ergo interdũ ipſa mortalia nominauit bona. Felicitatem autẽ haud in boniſ putauit eſſe hominibuſ. ſed in diuiniſ: & beatiſ. q̃obrem magniſ. ac mirandiſ rebuſ. refertaſ eẽ animaſ uere philoſophantium: affirmauit. Conuiuaſ eſſe diiſ: inter eoſ uerſari: contemplariq; campum ueritatiſ. quare dum hic uiuerent: in eiuſ ſcientia uerſate. atq; eam in ingenti ueneratione habuerunt. a qua quaſi lumen quoddã purgauerunt: ac redegerunt. ad uitã: deperditum. & ob cecatum ut ſaluetur meliuſ: cum & poſſit milia lumina appetere. omniſ deniq; nature rei rationaliſ. Similes enĩ inſipienteſ eſſe: hominibuſ in ſubterraneiſ cauerniſ collocatiſ: q ne lumẽ quidẽ unq̃ ſplendidum reſpiciũt. caliginoſaſ quaſdam umbraſ corporum: que apud noſ ſũt putãteſ earũ rerũ que ſunt: apertã recipere cognitionem. Nam cum ex tenebroſo quodã aſcenſu ad purum lumẽ hoſ accedere contingat: tum ratione ductu contemnunt. queq; ꝑuſ apparebãt: tanq̃ magnopere ab eiſ decepti. Sic autẽ iiſ euenit: qui ab huiuſ uite tenebriſ: ad diuina quedam: & ſecundum ueritatẽ honeſta: migrant. ea quidem contemnunt: que priuſ ſibi fuerant admirationi. harum deniq; rerum: que huiuſ ſpeculationiſ ſunt: appetitum illi ualidiorem habebunt: quibuſ uiſ dicendi conſona reperietur. hoc dumtaxat inquit: bonum eſſe honeſtum: ac integrã uirtutẽ ad felicitatem. quod quidẽ bonum: honeſtumq;: in primi: ſupremiq; ſcientia ſit. Sed cetera ſecundum participationem per omneſ tractatuſ demõſtrauit. in primo legum ſic. Duplicia autem ſunt bona humana quidem: ac diuina. & que hec ſequuntur. Sin autem quicq̃ ſeparatum exiſtat: ſitq; prime ſubſtantie experſ: ac id ab inſipientibuſ bonum nũcupetur: hoc quidem inquit habenti maiuſ eſſe malum. Item in Euthydemo. Quoniam autem uirtuteſ per ſe eligendaſ: ut ſequitur accipiendum: cum ipſe ſoluſ putaret honeſtum eſſe bonũ: quod deniq; pluribuſ in lociſ apud ipſum demonſtratum eſt. & preſertim in toto de repu. Illud ſcilicet qui eam ſciẽtiam aſſequitur de qua predictũ eſt: fortiſſimum feliciſſimumq; fore. non quidem propter honoreſ: quoſ ipſe cum taliſ ſit: aut prima: recipiat. Verum & ſi id omneſ lateat homineſ: ſi conuitia: ſi

uituperia: ſi exſilia. ſi deniq; morteſ contingat. qui uero ſine hac
ſcientia: omnia que putantur bona: aſſequatur: utputa diuitiaſ:
amplum regnum: corporiſ ualitudinem: robur pulchritudinemq;
nihil magiſ eſſe felicem. quibuſ omnibuſ minime aſſequutum finem
attingit. ſe ſcilicet deo quoad fieri poteſt aſſimilari. quod quidem
eleganter ac uarie tractat. Nam quando ſimilem deo hominem
dicit: prudentem eum iuſtum: ſanctumq; eſſe uult. ut in theeteto.
Idcirco tentare opuſ eſt. hinc atq; illinc fugere q̃ maxime. Fuga
uero ſimilitudo dei eſt: quoad fieri poteſt. Similiſ uero deo eſt:
qui iuſtuſ: ſanctuſ: prudenſq; efficitur. Interdum uero dumtaxat
ſi iuſtuſ eſt: ut etiam in ultimo reipu. Siquidem a diiſ nemo unq̃
negligitur: q pro uiribuſ conatur iuſtuſ fieri: magnifaciat uirtu/
tem. & quoad fieri poteſt: deo aſſimiletur. In Phedone autem
ſimilem quempiam deo dicit fieri: ſi modeſtuſ ſit: ſimul atq; iuſtuſ.
Sic quodammodo beatoſ inquit eſſe: ac feliciſſimoſ. ac etiam op/
timum locum adeptoſ: qui ſuo offitio. et popularē. et publicam
uirtutem exerceant. quamquidem modeſtiam. iuſticiamq; uo/
cāt. Interdum quippe deo finem aſſimilari dicit. Interdum autē
ſequi. ut ſiquando dicatur. deuſ quidem: ſicut antiqua ratio: prin/
cipium et finiſ eſt. et que hec ſequunt́. Interdū autem utraq;. que
deum uero ſequitur et aſſimilatur. anima ē. et que ſunt deincepſ.
etenim uoluntatiſ principium: bonum eſt. Hoc autem ex deo
dicatur: ſequitur igitur principium. Finiſ eſt utiq; deo aſſimilari:
deo ſcilicet ſuperceleſti. aut per Iouem ſupraceleſti. qui uirtutem
non habet. potior hic eſt hac. Vnde recte. ſiquiſ dicat infelici/
tatem quidem: demoniſ eſſe maliciam. Felicitatem uero: bonam
demoniſ habitudinem. Deſideremuſ igitur deo ſimileſ fieri. Vta/
mur condecenti natura: conſuetudine. ductu. ſenſuq;. ſecundum
legem. quodq; propriiſſimum eſt ratione: doctrina diuinorumq;
uerborum traditiōe: ut plurimiſ quidem humanarū rerū omiſſiſ:
que ad mentem attinent: ſemper rebuſ uacemuſ. Hec imprimiſ
purgamēta: medeleq; ſunt eiuſ demoniſ: q in nobiſ eſt. Si maioreſ
diſcipline addiſcende ſunt. Ille forent que per muſicam. arith/
meticam. aſtronomiam. geometriamq;. cura ſimul adhibita. ut
corpuſ per gymnaſticam exerceamuſ. que & ad bellū. et ad pacē
corpora bene apta: diſpoſitaq; reddit. Re autē diuina: uirtuteq;
operante: hec diſpoſitio anime ē perfecta: atq; optima: que for/
moſum: aptum: ac firmum hominē reddat: in dicendo: in agendo

per ſe. et apud alioſ: in eiuſ ſpecie. Sunt autem rationaleſ parteſ: que irrationabilibuſ. utputa. fortitudo: et modeſtia. Ire quidem fortitudo obſiſtit. Appetitui uero modeſtia. Quippe cum alterū rationabile. alterum iraſcibile ſit. borū igitur differenſ eſt ſingu/lorum perfectio. Rationaliſ quidem partiſ: prudētia perfectio eſt. Iraſcibiliſ fortitudo. Appetitiue: modeſtia. Prudentia quidē ſcientia eſt bonorum: malorumq;: atq; neutrorum. Modeſtia ue/ro eſt ordo quidam circa deſideria: et appetituſ. et perſuaſionem eorum. ad eam partem: que eſt principaliſ. bec autem utiq; eſt ra/tionaliſ. cum autem dicimuſ ordinem quendam perſuaſionemq; modeſtiam. tale quiddam oſtendimuſ: ꝙ uiſ quedam ſit: ſecundum quam ordinate fideliterq; appetituſ ſe babeat: erga partem natura principantem ſcilicet rationalem. Fortitudo autem eſt ſaluſ que/dam opinioniſ legaliſ. & grauiſ. & non grauiſ. boc eſt uiſ ſalutifera opinioniſ legaliſ. Iuſticia eſt concordia quedam borū inuicem: uiſ ſecundum quam conſentiunt. & concordant inter ſe treſ animi. parteſ. & circa ſingulaſ propria ſit: atq; aduenit ſecundum digni/tatem. ut quedam penituſ perfectio ſit trium uirtutum: prudētie: fortitudiniſ: modeſtie. Principante quidē ratione. Reliquae uero anime parteſ: ſecundum ſuam proprietatem: a ratione: ſuiſq; ſuaſi onibuſ contrabuntur. unde putandum eſt. uirtuteſ omneſ inuicem conſequi: atq; cōgruere. Nam fortitudo cum ſit opinioniſ legaliſ conſeruatrix: recte quoq; rationiſ eſt conſeruatrix. Opinio enim legaliſ eſt. ratio quedam recta. Ratio autem recta a prudentia ſit. & enim prudentia cum fortitudine conſtanſ eſt. Scientia enim eſt bonorum. Nemo autem poteſt bonum proſpicere formidine obtenebratuſ ac paſſionibuſ que formidinem conſequūtur. Simi/liter. neq; ſi luxurie quiſ ꝗ affectuſ ſit: prudenſ fieri poteſt. Deniq; uniuerſaliter: ſiquiſ preter rationē quicꝗ agit: a ruditate. & impru/dentia: ceteriſq; paſſionibuſ ſuperatur. Idipſum pati inquit Plato. Quare aut luxurioſuſ. aut timiduſ quiſꝗ prudenſ eſſe nequit. Se/parande igitur ſunt uirtuteſ inuicem. perfecte dicuntur enim alter uirtuteſ. ut ſunt ingenia: & proceſſuſ ad uirtutem equiuoce. ſecun/dum ſimilitudinem. quam babēt ad perfectaſ. Itaq; ad bunc mo/dum. et quoſdam militeſ forteſ uocamuſ. atq; interdum quoſdam dicimuſ inſipienteſ eſſe forteſ. tum uerba de impfectiſ uirtutibuſ facienteſ. Perfecte igitur uirtuteſ dilucidum eſt. ꝙ neq; remit/tuntur: neq; intenduntur: uitia tamen & intentionem recipiunt:

et remiſſionem. Nam alter altero inſipientior eſt. atq; iniuſtior. uerum uitia inuicem nó conſequũtur. Sunt enim alique inter ſe contrarie: que peneſ eũdem minime eſſe poſſunt. Ita ení ſe habet audacia ad timiditatẽ. et prodigalitaſ ad auariciam. Deniq; fieri minime poteſt. ita affectum eſſe. et corruptũ quenq̃ hominẽ: ꝙ uniuerſiſ uitiiſ ſubiiciatur: quãdoqdem nequeat corpuſ ullũ: oía in ſe habere uitia. Interdũ aũt recipiẽda eſt diſpoſitio media. que neq; praua ſit. neq; ſtudioſa. nequaq̃ enim om̃ſ hoíeſ aut ſtudioſi ſũt aut praui. Nam q ad dignitatem ꝑcedũt: ſunt eiuſmói. haud enim facile q̃primũ a uitio ad uirtutẽ tranſcendunt: cũ ſit horum extremorum plurimũ interualli: atq; cótrarietatiſ. Virtutũ autẽ quedã principanteſ ſunt: quedã ſequẽteſ. Principanteſ que in pte ſunt rationali. a qbuſ & relique recipiũt perfectionem. Sequẽteſ uero. que ſunt in affectu. Ipſe enim ſcdm̃ rationẽ honeſta agũt: nó per ſe. haud enim habent. ſed ſcdm̃ eũ qui tradituſ eſt et con/ſuetudine: atq; exercitatione confecte ſunt. Cumq; neq; ſcientia. neq; arſ. in alia parte aíme cóſtet: niſi ſola in rationali. Virtuteſ qdem que circa affectuſ ſunt: minime ſunt ſub diſciplina: cũ neq; arteſ ſint: neq; ſcientie: neq; ꝓpriam qdem habeãt ſpeculationem. Prudẽtia qdem cũ ſcientia ſit: unicuiq; que ꝓpria ſunt: tribuit. ut et gubernator quedam nautiſ precipit: ab ipſiſ minime uiſa: tamẽ adhibent ei fidem. Eadem aũt ratio eſt: et de militibuſ: et de im/peratore: cum uero uitia: et intendanť: et remittanť. neq; peccata qdem paria ſunt. ſed quedam maiora: quedã minora: que etiã ea ſequũtur: a legiſlatoribuſ lata. cum quedã magiſ: quedam minuſ puniant. Cum ení uirtuteſ excelſe ſũmeq; ſint: qa pfecte. rectoq; aſſimilanť: ſcdm̃ aliũ modũ medie eſſent. cũ circa om̃eſ pſpiciant: aut circa plurimaſ. Apud ſingulaſ ex atraq; parte duo ſunt uitia. aut per exceſſum. aut p defectũ. ut í largitate qdem perſpicitur. in una parte auaricia. in altera ꝓdigalitaſ. Fit autẽ et in affecti/buſ. ut in tempantia. ſcdm̃ ꝙ cóuenientiã excedunt: aut deficiunt. Nã ſi quiſ nó iraſcereť uidenſ parenteſ iniuriiſ cóuitiiſq; affectoſ: impaſſibiliſ haberetur. qui uero in om̃ibuſ: et cótingentibuſ: non eque paſſibiliſ. ſed oíno ex cótrario. Rurſuſ eodẽ mó defunctiſ parentibuſ. qui dolet: quidem paſſibiliſ eſt. qui uero adeo dolore afficitur: ut corrũpatur: et ſuperpaſſibiliſ. immodeſteq; paſſibiliſ. q uero dolore affectuſ ẽ: et id eque fert: eſt eque paſſibiliſ. qppe qui om̃ia timet: q̃uiſ equaliter timiduſ ẽ. q uero nil timet: audax.

Fortiſ aũt eſt: qui eque ſe habet: erga audaciam. & timorem. Et de ceteriſ quoq; idem eſt ſermo. Quoniam igitur equitaſ quidem in affectibuſ optima ē. Nil aliud q̄dem ē equitaſ: q̄ mediocritaſ quedam. inter exceſſuſ atq; defectuſ. Idcirco huiuſmodi uirtuteſ p medium tendunt. quia in affectibuſ nobiſ prebent: ut medium teneamuſ. Cum aũt et ſiquid aliud in nobiſ ē: quod ſine dominio ſit: taliſ ē uirtuſ: neq; bonũ aliq̄d laudandũ eēt: ſi aut a natura. aut a diuīa q̄dam ſorte: ꝓgrederetur. ac eſſet p ſe. ſponteq; uirtuſ cõſtaret: ſecũdum impetum quēdam. aut ſecũdũ ardēſ. pmaneſq; ingenium: ad hoc ſequeret̃: ſi motuſ ſua quidem ſpõte cõſtaret: ꝙ uitiũ uolũtariũ eēt. quiſ enim queſo in optima ſui: honoratiſſimaq; pte: id habere uellet: aut eligeret: quod maximum eſt malorum? Siquiſ aũt eſt: q ad uitiũ tendat. p̄mum q̄dem: nõ ut ad uitiũ tēdit: ſed tanq̄ ad bonũ. Si ergo ad uitiũ quiſq̄ accedit: eiuſmodi homo penituſ decipit̃: tanq̄ p minuſ malũ: maiuſ depellat. ad hoc inuo/lũtarie deueniet. Fieri deniq; nullo modo põt: ut id quiſq̄ uolēſ: ad malũ accedat. neq; ſpe boni: neq; timore maioriſ mali. que igit̃ quiſ cũ prauuſ pperam agit: inuolũtaria ſũt. Iniuria enim inuo/lũtaria cũ ſit: lõge magiſ iniuriam inferre: inuolũtariũ ē. Multo maiuſ malũ id ē iniuria quicquid agere: q̄ eã in ſe habere q̄eſcēte. quippe cũ iniurie nõ uolũtarie fiant: iniuſti differentia quadam ſunt puniēdi. cũ multo enim inter ſe diſtēt: damna. que afferunt̃. Inuoluntariumq; illud in ſtulticia: pturbationeq; iaceat: cuncta deniq; eiuſmodi: et ratione meditatiõeq;: et ciuilibuſ moribuſ ſũt comprimēda. ¶ Amicicia aũt que p̄cipua: et ꝓpria ē: haud aliter ſe habet: q̄ que ſecũdum reciprocam beniuolentiam conſtat. hec uero pmanet. dum ex eq̄litate q̄dam uterq; uult. et erga ꝓximũ. et erga ſemetipſum bene agere. que q̄dem eq̄litaſ minime ſeruari poteſt: niſi ſit inter eoſ morũ ſimilitudo. Nam ſimile ſimili amicũ fit: p̄ſertim ſi moduſ ſeruetur. que uero ſine mõ ſunt: neq; inter ſe inuicē: neq; mēſura aliqua coaptari põt. Sunt aũt: et alie quedã: que amicicie uident̃. neq; utiq; ſub uirtute ſũt. tanq̄ ab ea ſepate. quippe que naturaliſ erga filioſ eſt: et que neceſſariorum inter ſe inuicem: et que ciuiliſ: et que deniq; a conſuetudine quadam fit. nam he ſemp beniuolētiam reciprocam nequaq̄ habent. Specieſ aũt amicicie treſ ſũt. Vna ciuiliſ. ac ſtudioſi animi. Altera praua: atq; improba. Tertia media. que ſcilicet medio modo diſpoſita ē. Itaq; ut treſ ſunt habituſ aīe: rationaliſ. aīaliſ. unuſ bonuſ: alter

maluſ. Tertiuſ mediuſ. ſic treſ ſunt amicicie ſpẽſ. inter ſe differẽteſ
praua: ſcilicet corpiſ eſt. a uoluptate ſupata: que beſtialiſ habet̃.
Ciuiliſ uero nude anime gratia: in q̃ pſpicit̃ ad uirtutem aptitudo
quedam. Media que ſunt utriuſq; pultbritudinem appetit corpiſ
ſcilicet & animi. Si quiſ igitur eſt amanduſ: cum neq; prauuſ: neq;
ciuiliſ ſit: ipſe mediuſ quidam eſt. Quapropter amor qui corpora
conficit. ac procreat. demon quidam magiſ. fatenduſ eſt: q̃ deuſ:
nequaq̃ enim terreno corpe natuſ eſt: q diuina hominibuſ. tribuit.
ac econuerſo. In treſ igitur ſpecieſ: cũ amicicia communiter diſtri/
buatur: ut predictum eſt: boni ratio. honeſtiq;. omnem depellit
fugatq; perturbatióem. Vnde quod artifitiale eſt: id in rationali
pte anime cóſiſtit. Speculatióeſ aũt etiã ſunt ad eũ cognoſcẽdũ:
qui amanduſ: qui acquirenduſ: et quo uti amico quiſquã debeat.
Iudicat autem ipſum ex illiuſ propoſito: atq; impetu: ſi feruẽter:
ſi generoſe: ſi deniq; apte ad bonum mouetur. ſibi autem uẽdicat
amiciciam: qui eam acquiſituruſ eſt: deliciiſ uacanſ: non puerilia
laudãſ. uere ꝓhibenſ potiuſ. atq; oſtẽdenſ: quod nó ita uiuendum
ſit: ut impſentiaꝝ ſe habet. Ea deniq; pſuadẽſ: p que exercitator
erit pfectuſ. Finiſ tamen eiſ eſt. pro amato fore amicoſ. Tantum
autẽ mali iniuſticia eſt: ut magiſ iniuriã facere: q̃ pati fugiẽdum
ſit. Nam illud puerſi hominiſ eſt: alterũ egroti. morbuſ quidam.
Turpe tamen utrinq;. Verum iniuriam inferre: tanto deteriuſ
eſt: q̃to ꝓfecto turpiuſ. Confert autem facienti iniuriam: iniurie
ſubiici: ut egrotãti corpuſ medico curandum pbere. Omniſ nanq;
pena quedam medela eſt peccati anime. Cunq; uirtutũ cóplureſ
p affectuſ uerſẽtur: de affectũ dicendum: quale: aut quid ſit. Eſt
igit̃ affectuſ motuſ anime: ſine ratióe. ut in malo. aut ut in bono.
Dictum quippe eſt: motuſ ſine ratione: quoniam nó ſunt iudicia
affectuſ: neq; opinioneſ: ſed irrationabilium anime ptium motuſ.
Siquidem in pte anime paſſibili. noſtre operationeſ conſtant. In
nobiſ deniq; nolẽtibuſ. ac reſiſtẽtibuſ. interdũ etiã cognoſcẽtibuſ:
ſepe fiũt: quanq̃ neq; dolore affecta: que coincidũt. neq; iucũda:
neq; terrenda ſint: nihilominuſ ab ipſiſ ducimur: neq; ſi hec pacia/
mur: q̃uiſ iudiciiſ eadem ſint. Hec enim contemnenteſ abiicimuſ:
ſiue decenter: ſiue indecenter. aut in bono: aut in malo. quoniam
ſecũdum indifferentiſ rei ſpeciem: nó mouet̃ affectuſ. Nam om̃ia
cóſtant. ſub ſpecie boni: aut mali. Si enĩ bonũ adeẽ intelligimuſ.
delectamur. ſi futurũ cócupiſcimuſ. & ecótra: malum: ſi adeẽ qdem

illud intelligimuſ: dolore afficimur. Futurũ uero metuimuſ. Sũt
aũt paſſiões ſimpliceſ: & elemẽtaleſ. due. uoluptaſ. & dolor. Cetere
uero ex hiſ fiũt. haud enim cum hiſ computanda ſunt. appetituſ.
et timor: quaſi principaleſ ſimpliceſq; ſint. ſiquidem qui timet: nõ
penituſ priuatur uoluptate. Neq; ſiquiſ deſperatione aliqua per
tempuſ afficiatᷣ: circa remotionem. aut leuationem mali: abũdat
tamen dolore. moleſte ferendo. et hac de cauſa dolori copulatur.
Appetenſ quippe in expectatiõe manenſ aſſequẽdi boni: delectatᷣ
neq; tamen omnimodam fiduciam habẽſ: neq; ſpem firmã. dolet.
moleſteq; fert. Itaq; appetituſ & metuſ: cũ reſ nõ ſint pncipaleſ:
concedendũ eſt. neq; aliarũ q̃uiſ pturbationũ. ſimplicẽ. ut ſcilicet
deſiderium. et emulationẽ. et ceteraſ eiuſmodi: cum in hiſ plucide
inſpiciatur. aut uoluptaſ. aut dolor. tanq̃ ex hiſ mixte. Affectuũ
aũt: alii q̃dem. ſilu eſtreſ[illegible]c. alii domeſtici. quicũq; inſunt ſecundũ
naturam homini neceſſa[illegible]et proprii. ſic aũt ſe habent. quouſq;
& eq; moderati ſũt. Hiſ uero cũ accedat immodeſtia. immoderati
habẽtur. huiuſmodi autem ſunt uoluptaſ. dolor. ira. miſericordia.
pudor. delectari enim pprium ẽ: in iiſ: que ſunt ſecũdũ naturam.
Dolere autem in cõtrariiſ. Iracundia ad uindictam de inimiciſ
ſumendam: ulciſcendãq; neceſſaria eſt. Miſericordia aũt eſt ppriũ
humanitatiſ. Pudor deniq; aptuſ eſt ad turpitudinem euitãdam.
Silueſtreſ pturbatiões ſunt: que pter naturam habentᷣ. ac puer/
ſitate q̃dam. prauaq; cõſuetudine cõſtant. ut ſũt riſuſ gaudiũ de
malo. immanitaſ que aut intenſa remiſſaq;. aut quomodocũq; ſe
habeant. peccata eſſe conſtat. nullam recipiẽtia eqtatem. de uo/
luptate aũt: doloreq; inqt Plato: haſ pturbatiõeſ: quodãmodo
nature notaſ. a principio ferri. dolore. moleſtiaq; aduenientibuſ:
pter naturam mouemur. Voluptate uero in iiſ que ſecũdũ natu/
ram conſtituimur. Putat aũt conſtitutionem ſecũdum naturam:
mediũ quoddã eſſe: inter moleſtiam. et uoluptatẽ. neq; in altero
illorũ idem eſt: in quo et pluſ temporiſ ſumuſ. Docet etiã plureſ
eſſe ſpecieſ uoluptatum. aliaſ ſcilicet corpiſ. aliaſ anime. Preterea
uoluptatum. quaſdam ex contrariiſ pmiſceri. quaſdam puraſ eſſe
atq; integraſ. quaſdam rememoratiuaſ. quaſdam cũ ſpe detentaſ:
et q̃ſdam turpeſ: quecũq; luxu aliquo fiunt: atq; iniuſticia: q̃ſdã
deniq; mediaſ: que quodãmodo boni quiddam pticipãt. utputa
leticiam in boniſ: ac eaſ uoluptateſ. que de uirtutibuſ habentur:
cumq; plureſ uoluptateſ reprobate ſint: non eſt querendum. an

ſimpliciter uoluptaſ queat inter bona connumerari. tenuiſ enim
uidet: ac ſua quidem natura minime digna. cum neq; principale
quicq̃ babeat: neq; ſubſtantiale: ſed etiam cum contrario. ſimul
cōſtet: cōmiſcentur nanq; inter ſe uoluptaſ. et dolor. qđ nequaq̃
contingeret: ſi alterū ſimplex bonū. alterū malum eſſet. Rerum
autem publicarum inqt: quaſdam ſubiectaſ eſſe parteſ: de quibuſ
in libro de republica tractauit. Vbi ꝑmam exptem belli deſcrip/
ſit. Alteram ardentē: atq; bellatricē: qbuſ ꝑquirenſ ſique potioreſ
eſſent: et quo etiam pacto cōſtarent: deniq; inſtar fere diuiſiōiſ
anime ptituſ eſt. In treſ ſcilicet rēpublicā diuiſit pteſ. in municipeſ.
adiutoreſ. et magiſtratuſ. Magiſtratui. conſiliū et regimen tradit.
Municipibuſ primum locum. ſi opuſ eſt ad pugnandum. qui ad
partem iraſcibilem ſunt ponendi. quaſi una cū quadam ſocietate
rationali decertent. Ceteriſ adiutoribuſ arteſ: et ceteraſ opationeſ.
Principeſ uero uult pbiloſophoſ eſſe: primi ſupmiq; boni contem/
platoreſ. Sic enim ad būc modū gubernarēt. Nā niſi pbiloſophi
regnēt: nunq̃ maliſ uacabūt reſ bumane. uel qui regeſ decernunť:
diuina quadam ſorte pbiloſophentur. Optime quippe. et om̄i cū
iuſticia. ea tēpeſtate traberent ciuitateſ ad ſuaſ. ut decet legeſ ex/
ercendaſ. Quapropter in primiſ ſuadet ut biſ et principeſ plebiſ
et cōmilitoneſ parcant: pugnentq; ante eoſ. cum ceteri facile ad
eoſ ſequendoſ ſuadeantur. Quinq; igitur inquit eſſe reſpublicaſ.
Ariſtocraciam ſcilicet quādo optimateſ dominanť. Timocraciam.
cum principanteſ uenerentur. Tertiam democraciam. Quartam
olygarcbiam. Poſtremam deniq; tyrannidem. ceteriſ deteriorem.
Subſcribit autem ex materia. et aliaſ reſ publicaſ. quarū illa eſt.
de qua in libro de legibuſ tractauit. et que ex correctiōe in epi/
ſtoliſ: ad egrotāteſ ciuitateſ: que ſunt in legibuſ iā. et locū ſepatū
babent. & bomineſ ex omni etate ſelectoſ. quare ſecūdum eorum
nature: locorūq; differēciaſ: propria diſciplina: exercitio armiſq;
indigere. Itaq; qui maritimaſ oraſ colūt. nauibuſ belloq; nauali
uti: qui uero mediterranei babenť. armenť ad pedeſtrem pugnā.
Vſuſq; armorum mōtaniſ leuiorum ſit. ſed illiſ grauiorum qui in.
uallibuſ uerſātur. Liberi uero eoꝝ. ad uſum equeſtrē exerceanť.
Verū in eiuſmodi ciuitate. nequaq̃ muliereſ eē cōmuneſ inſtituit
Eſt igiť ciuiliſ uirtuſ. et tbeoricam: et practica. et imp̄miſ appe/
titiua ad bonam: optimamq; ciuitatem cōficiendam. que cōſenſū
babeat ciuium. et cōcordiam que precipiat: ac illaſ pteſ ſubiectaſ

habeat. bellicam ſcilicet militarem: et legalem. Conſiderat autem
reſpublica et cetera mſ̃nita. et illud preſertim. utrum bellandum
ſit: an non. qualiſ autem philoſophuſ ſit: iam p̄dictum eſt. differt
ab eo ſophiſta hac in re. Modo q̄dem ip̄o: ꝙ mercedem iuuenum
recipiat. Quod potiuſ exſtimari uelit: ꝗ̃ eſſe honeſtuſ et bonuſ.
Materia uero. quoniam philoſophuſ circa ea: que ſemper: et per
ſe: ac eodem modo ſe habēt. ipſe uerſatur. Sophiſta autem circa
id: quod non eſt: exercet: ſecedenſ in locū: ubi ad tenebraſ q̄ſdam
difficulter perſpici poteſt. Nam illi: quod eſt: nō opponit quod
nō eſt. cum hoc inſubſtantiale. et nō intelligibile: nec ullā denique
ſubſtantiam habeat: quod ſi quiſ dicere. aut intelligere conatur:
cū in ſemetip̄o pugnet: uacillabit. Eſt aūt quod nō eſt: ſecūdum
ꝙ auditur: non nuda negatio eiuſ: quod eſt. ſed cum declaratiōe
quadam ad alterū. Cui quidem et primo quod eſt: accidit: ut niſi.
et hec reciperent: quod nō eſt: nō poſſent: a ceteriſ ſeparari. Nunc
uero quotcunque ſunt: ea que ſunt: tot ſunt ea: que nō ſunt. Nam
non quoddam quod eſt. non eſt: quod eſt. Hec denique ſufficiant
ad introductionem dixiſſe: ad doctrinam ꝑcipiendam Platoniſ.
quorum fortaſſe quedam cū ordine dicta ſunt. quedā ſine ordine:
atque diſperſe. Ab iiſ tamē que diximuſ ſpeculāteſ: et perquirenteſ:
cetera Platoniſ precepta: conſequi poſſunt.

Lucii Apuleii platonici madaurēſiſ philoſophi metamorphoſeoſ
liber: ac nōnulla alia opuſcula eiuſdem: necnon epitoma Alcinoi
in diſciplinarū Platoniſ deſinunt. Anno ſalutiſ. M. CCCC. lxix.
Paulo ueneto regnante ſecundo. anno eiuſ q̄nto. die uero ultima
menſiſ Februarii. Rome in domo Petri de Maximo.